

Cum Iudaei clamassent non Iesum sibi a Pilato velle dimitti per Pascha, sed Barabbam latronem, non salvatorem, sed interfectorem, non datorem vitae, sed adeptorem,

*Tunc apprehendit Pilatus Iesum, et flagellavit*¹. Hoc autem Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut ejus injuriis Iudaei satiati sufficere sibi existimarent, et usque ad ejus mortem saevire desisterent.

Ad hoc pertinet quod idem praeses cohortem suam permisit facere quae sequuntur; aut fortassis et iussit; quamvis hoc evangelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit.

*Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum, et veniebant ad eum, et dicebant: Ave, rex Iudaeorum, et dabant ei alapas*². Sic implebantur quae de se praedixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia quae persecutores libuisset facere preferenda.

Sic paulisper occultata tremenda potentia.

Sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum, non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate, vincebat. Sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

*Exiit iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio. Exiit ergo Iesus portans spineam coronam, et purpureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce Homo*³. Hinc apparet non ignorante Pilato haec a militibus facta, sive iusserit ea, sive permiserit, illa scilicet causa quam supra diximus,

ut haec ejus ludibria inimici libentissime biberent, et ulterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum; non clarus imperio, sed plenus opprobrio, et dicitur eis:

Ecce homo. Si regi invidetis, jam parcite, quia dejectum videtis.

Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amarissimis conviciis illusus est, alapis caesus. Fervet ignominia, frigescat invidia,

Sed non frigescit, inardescit potius et increscit.

*Cum enim vidissent eum pontifices et ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos et crucifigite eum. Ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, et secundum Legem debet mori, quia Filium Dei se fecit*⁴. Ecce altera major invidia:

parva illa quippe videbatur, velut affectatae illicito ausu regiae potestatis; et tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpavit; sed utrumque verum est, et unigenitus est Dei Filius, et rex a Deo constitutus super Sion montem sanctum ejus (Psal. II). Et utrumque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior.

*Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum, magis timuit, et ingressus est praetorium iterum, et dicit ad Iesum: Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei*⁵. Hoc silentium Domini Iesu Christi non semel factum, collatis omnium evangelistarum narrationibus, reperitur et apud principes sacerdotum, et apud Herodem, quo eum, sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum (Luc. XXIII), et apud ipsum, ut non frustra de illo prophetia praecesserit: *Sicut agnus coram tondente*

Poiché i Giudei urlavano che non Gesù si volesse rilasciare da Pilato per Pasqua, ma Barabba il brigante, non il salvatore ma l'uccisore, non colui che dà la vita ma l'omicida,

Allora Pilato fece prendere Gesù e lo fece flagellare. È peraltro da credere che Pilato abbia fatto ciò non per altro se non perché i Giudei si ritenessero sufficientemente saziati dai suoi maltrattamenti, e desistessero dall'inferire sino farlo morire. Si ricollega a ciò che lo stesso procuratore permise alla sua coorte di fare quanto segue; o fors'anche lo abbia ordinato; quantunque l'evangelista lo abbia taciuto. Dice infatti cosa fecero i soldati in seguito, tuttavia non dice se Pilato l'avesse ordinato.

E i soldati - dice - intrecciata una corona di spine, gliela posero sul capo e gli misero addosso un mantello di porpora. Poi gli si avvicinavano e dicevano: «Salve, re dei Giudei!». E gli davano schiaffi. Così veniv compiuo ciò che Cristo aveva predetto di se stesso. Così i martiri venivano formati a sopportare tutto ciò che ai persecutori fosse piaciuto di fare. Così per breve tempo fu occultata la sua tremenda maestà.

Così il regno che non era di questo mondo, vinceva il mondo superbo, non con l'atrocità della battaglia, ma con l'umiltà della pazienza. Così quel grano, che doveva essere moltiplicato, veniva seminato con orribile oltraggio, per germogliare in mirabile gloria.

Pilato uscì fuori di nuovo e disse loro: «Ecco, io ve lo conduco fuori, perché sappiate che non trovo in lui colpa alcuna». Allora Gesù uscì, portando la corona di spine e il mantello di porpora. E Pilato disse loro: «Ecco l'uomo!». Da ciò appare che Pilato non ignorava quanto era stato fatto dai soldati, sia che egli lo avesse ordinato, sia che lo avesse permesso, di certo per quel motivo che abbiamo detto sopra, perché i nemici bevessero con grandissimo piacere queste ingiurie contro di lui, non fossero ulteriormente assetati di sangue. Gesù esce verso di loro portando una corona di spine e un manto purpureo, non splendido di gloria, ma coperto di obbrobrio, e viene loro detto: *«Ecco l'uomo!»*. Se invidiate il re, ormai trattenetevi, perché lo vedete annientato. È flagellato, è coronato di spine, è rivestito di una veste ignominiosa, è schernito con amarissime insolenze, è schiaffeggiato. Ferve l'ignominia, si raffreddi l'odio. Ma non si raffredda, si infiamma, piuttosto, e prende forza.

Come lo videro, i capi dei sacerdoti e le guardie gridarono: «Crocifiggilo! Crocifiggilo!». Disse loro Pilato: *«Prendetelo voi e crocifigetelo; io in lui non trovo colpa»*. Gli risposero i Giudei: *«Noi abbiamo una Legge e secondo la Legge deve morire, perché si è fatto Figlio di Dio»*. Ecco un odio ancora maggiore: davvero quello sembrava poca cosa, ossia l'essersi attribuito, usurpando, la potestà regia; e tuttavia Gesù non aveva usurpato nessuna delle due attribuzioni, perché sono vere entrambe: egli è il Figlio unigenito di Dio, e *re da Dio costituito sopra Sion, il suo santo monte* (Sal 2, 6)¹⁹. E avrebbe ora dimostrato entrambe, se non che quanto più era potente, tanto più preferiva essere paziente.

All'udire queste parole, Pilato ebbe ancor più paura. Entrò di nuovo nel pretorio e disse a Gesù: «Di dove sei tu?». Ma Gesù non gli diede risposta. Raffrontati i racconti di tutti gli evangelisti, si trova che questo silenzio del Signore Gesù Cristo non fu fatto una sola volta, ma davanti ai gran sacerdoti²⁰, e davanti a Erode al quale, come indica Luca, lo aveva mandato Pilato per farlo interrogare (cfr Lc 23, 7-9), e pure davanti a lui, come non per nulla la profezia aveva di lui preannunciato: *come un agnello senza*

TRACTATUS CXVI

Et dabant ei alapas (Io 19, 1-16).

Sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

Occultata potentia, commendatur imitanda patientia.

1. Cum Iudaei clamassent, non Iesum sibi a Pilato dimitti velle per Pascha, sed Barabbam latronem; non salvatorem, sed interfectorem; non datorem vitae, sed adeptorem:

Tunc apprehendit Pilatus Iesum, et flagellavit. Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniuriis Iudaei satiati sufficere sibi existimarent, et usque ad eius mortem saevire desisterent.

Ad hoc pertinet quod idem praeses cohortem suam etiam permisit facere quae sequuntur; aut fortassis et iussit, quamvis hoc Evangelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites; Pilatum tamen id iussisse non dixit.

Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum et dicebant: Ave, rex Iudaeorum. Et dabant ei alapas. Sic implebantur quae de se praedixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia quae persecutores libuisset facere, preferenda;

sic paulisper occultata tremenda potentia,

commendabatur prius imitanda patientia;

sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat; sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria.

2. *Exiit iterum Pilatus foras, et dicit eis: Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio. Exiit ergo Iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce homo*. Hinc apparet non ignorante Pilato haec a militibus facta, sive iusserit ea, sive permiserit; illa scilicet causa, quam supra diximus,

ut haec ejus ludibria inimici libentissime biberent, et ulterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio; et dicitur eis:

Ecce homo: si regi invidetis, iam parcite, quia deiectum videtis;

flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amaris conviciis illusus est, alapis caesus est; fervet ignominia, frigescat invidia.

Sed non frigescit, inardescit potius et increscit.

3. *Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, et crucifigite; ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos Legem habemus, et secundum Legem debet mori, quia Filium Dei se fecit*. Ecce altera maior invidia.

Parva quippe illa videbatur, velut affectatae illicito ausu, regiae potestatis: et tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpavit; sed utrumque verum est,

et unigenitus est Dei Filius, et rex ab eo constitutus super Sion montem sanctum eius: et utrumque nunc demonstraretur, nisi quanto erat potentior,

tanto mallet esse patientior.

4. *Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum, magis timuit; et ingressus est praetorium iterum, et dicit ad Iesum: Unde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei*. Hoc silentium Domini nostri Iesu Christi non semel factum, collatis omnium Evangelistarum narrationibus reperitur, et apud principes sacerdotum, et apud Herodem, quo eum, sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, et apud ipsum Pilatum: ut non frustra de illo prophetia praecesserit: *Sicut agnus coram tondente se*

¹ Gv 19, 1. Benché la traduzione NCEI coniughi i verbi in modo diverso rispetto a Vulg., l'ho mantenuta perché mi sembra non si tratti di differenza che impatti col discorso di Beda.

² Gv 19, 2-3

³ Gv 19, 4-5

⁴ Gv 19, 6-7

⁵ Gv 19, 8-9. Vulg. e VL hanno: "... hoc sermonem".

¹⁹ NCEI traduce: "«Io stesso ho stabilito il mio sovrano sul Sion, mia santa montagna.»"; ho pertanto seguito una precedente traduzione su Vulg.

²⁰ Cfr anche Mt 26, 63; 27, 14; Mc 14, 61; 15, 5; Gv 19, 9.

se sine voce, sic non aperuit os suum (Isai. LIII)⁶.

Tunc utique, quando interrogantibus non respondit. Quamvis enim quibusdam interrogationibus saepe responderit, tamen propter illa in quibus noluit respondere ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus, sed innocens haberetur, Cum ergo iudicaretur ubicunque *non aperuit os suum*, sicut agnus non aperuit, id est, non sicut male sibi conscius, qui de peccatis convincebatur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis.

Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere? Respondit Jesus: Non haberes adversus me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet⁷. Ecce respondit, et tamen ubicunque non respondit, non sicut reus sive dolosus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde ubi non respondebat, sicut ovis silebat; ubi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod et per Apostolum docuit, quia *non est potestas nisi a Deo (Rom. XIII)*; et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum livore tradit, quam potestas ipsa, si eum timore alterius majoris potestatis occidit. Talem quippe Deus Pilato dederat potestatem, ut esset etiam sub Caesaris potestate. Quapropter: *Non haberes*, inquit, *adversus me potestatem ullam*, id est, quantulamcunque habes, *nisi hoc ipsum quidquid est, tibi esset datum desuper*. Sed quoniam scio quantum sit, non enim tantum est, ut tibi omnimodo liberum sit, *propter ea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*. Ille me quippe tuae potestati tradidit invidendo, tu vero eandem potestatem in me exerciturus es metuendo. Nec timendo quidem praesertim innocentem homo hominem debet occidere, sed tamen id zelando facere multo majus malum est quam timendo; et ideo non ait verax Magister: *Qui me tibi tradit*, ipse peccatum habet, tanquam ille non haberet; sed ait: *Majus habet peccatum*, ut etiam se habere intelligeret. Neque enim propterea illud nullum est, quia majus est.

Exinde quaerebat Pilatus dimittere eum⁸. Quid est hoc quod dictum est, *exinde*, quasi antea jam non quaerebat? Lege superiora, et invenies jamdudum eum quaerere dimittere Jesum. Exinde itaque intelligendum est, propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quamvis minus peccans quam Judaei, qui eum illi tradiderunt occidendum. Exinde ergo, id est, ideo, ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio **quaerebant⁹** eum dimittere.

Judaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Caesari¹⁰. Majorem timorem se ingerere putaverunt Pilato terrendo de Caesare, ut occideret Christum, quam superius ubi dixerunt: *Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit*. Eorum legem quippe ille non timuit ut occideret, sed magis Filium Dei timuit ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Caesarem, auctorem potestatis suae, quemadmodum legem gentis alienae. Adhuc tamen evangelista sequitur, et dicit:

Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, et sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem Parasceve paschae hora quasi sexta¹¹. Qua hora sit Dominus crucifixus, propter evangelistae alterius testimonium, qui dixit: *Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum (Marc. XV)*: quoniam magna disceptatio solet oboriri, cum ad ipsum locum ubi crucifixus narratur ventum fuerit, ut potuerimus, si Dominus voluerit, disseremus. Cum ergo pro tribunali sedisset Pilatus,

Dicit Judaeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit

voce innanzi a chi lo tosa, così egli non apre la sua bocca (Is 53, 7). Allora per l'appunto, quando non rispose a chi lo interrogava. Bernché infatti avesse spesso risposto ad alcune domande, tuttavia è per quelle volte nelle quali non volle rispondere che è stata offerta la similitudine dell'agnello, affinché nel suo silenzio fosse considerato non reo, ma innocente. Dunque ogniquale volta interrogato, *non aprì la sua bocca*, come un agnello non la aprì, cioè, non come uno con cattiva coscienza che viene convinto dei propri peccati, ma come un mansueto che viene immolato per i peccati altrui.

Gli disse allora Pilato: «Non mi parli? Non sai che ho il potere di metterti in libertà e il potere di metterti in croce?». *Gli rispose Gesù: «Tu non avresti alcun potere su di me, se ciò non ti fosse stato dato dall'alto. Per questo chi mi ha consegnato a te ha un peccato più grande».* Ecco che ha risposto; e tuttavia ogni volta che non ha risposto, non come un reo o un fraudolento, ma come agnello, cioè come un semplice e un mansueto, non aprì la sua bocca. Perciò quando non rispondeva, taceva come pecora; quando rispondeva, insegnava come pastore. Apprendiamo dunque ciò che disse, ciò che insegnò per mezzo dell'Apostolo, e cioè che *non c'è autorità se non da Dio (Rm 13, 1)*; e che chi per astio consegna all'autorità un innocente perché venga ucciso, pecca più che non l'autorità stessa, se [essa] lo uccide per timore di un'altra superiore autorità. Infatti Dio aveva dato a Pilato un'autorità tale, da essere anche sotto la potestà di Cesare. Per questo: *non avresti* – dice – *alcun potere su me*, cioè, per quanto poco sia quello che hai, *se questo stesso, qualunque sia, non ti fosse stato dato dall'alto*. Ma siccome so quanto [esso] sia, non è certo tanto da esser per te ad ogni modo libero, *per questo chi mi ha consegnato a te ha un peccato più grande*. Infatti mi ha consegnato in tuo potere per odio, tu invece stai per esercitare su di me questo medesimo potere per timore. E invero, per timore, un uomo non deve uccidere un uomo, specie se innocente; ma tuttavia è male molto più grande fare ciò per gelosia piuttosto che per timore; e per ciò il Maestro veritiero non dice: *Chi mi ha consegnato a te*, è lui che ha il peccato, come se egli non lo avesse; ma dice: *ha un peccato più grande*, così che capisse di averlo pure lui. Infatti quello non è inesistente, per il fatto che questo è maggiore.

Da quel momento Pilato cercava di metterlo in libertà. Che significa ciò che viene detto *da quel momento*, quasi che già prima non cercasse? Leggi sopra, e troverai che già da prima egli cercava di mettere in libertà Gesù. “Da quel momento”, pertanto, va inteso così: “Per questo”, cioè per questo motivo; per non avere il peccato di uccidere l'innocente consegnatogli, per quanto avrebbe peccato meno dei Giudei, che glielo avevano consegnato perché fosse ucciso. “Da quel momento” dunque, cioè, appunto, per non commettere questo peccato, e non soltanto da ora, ma fin da principio, cercava di rilasciarlo.

Ma i Giudei gridarono: «Se liberi costui, non sei amico di Cesare! Chiunque si fa re si mette contro Cesare». Essi ritennero di indurre maggior timore in Pilato spaventandolo con Cesare, così che uccidesse Cristo, più che non in precedenza quando dissero: *«Noi abbiamo una Legge e secondo la Legge deve morire, perché si è fatto Figlio di Dio»*. In effetti non temette la loro legge così da uccider[lo], ma temette maggiormente il Figlio di Dio così da non uccider[lo]. Adesso però non potè disprezzare Cesare, fonte del suo potere, così come [aveva disprezzato] la legge di un popolo straniero. A questo punto, tuttavia, l'evangelista prosegue, e dice:

Udite queste parole, Pilato fece condurre fuori Gesù e sedette in tribunale, nel luogo chiamato Litòstroto, in ebraico Gabbatà. Era la Parasceve della Pasqua.. Quasi all'ora sesta. In che ora il Signore fu crocifisso, per via della testimonianza di un altro evangelista, che disse: *Era dunque l'ora terza quando lo crocifissero (Mc 15, 25)²¹* – poiché suole sorgere una grande discussione – ne disseremo come potremo, se Dio vorrà, quando saremo arrivati al punto in cui si narra della crocifissione. Quando dunque si fu seduto davanti al tribunale,

Pilato disse ai Giudei: «Ecco il vostro re!». *Ma quelli gridarono: «Via! Via!*

fuit sine voce, sic non aperuit os suum;

tunc utique quando interrogantibus non respondit. Quamvis enim quibusdam interrogationibus saepe responderit; tamen propter illa in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus, sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur, ubicumque non aperuit os suum, sicut agnus non aperuit; id est, non sicut male sibi conscius qui de peccatis convincebatur suis, sed sicut mansuetus qui pro peccatis immolabatur alienis.

5. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes adversum me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ecce respondit, et tamen ubicumque non respondit, non sicut reus sive dolosus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde ubi non respondebat, sicut ovis silebat; ubi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod et per Apostolum docuit, quia *non est potestas nisi a Deo*; et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum livore tradit, quam potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Talem quippe Pilato Deus dederat potestatem, ut etiam esset sub Caesaris potestate. Quapropter: *non haberes*, inquit, *adversum me potestatem ullam*, id est, quantulamcunque habes, *nisi hoc ipsum quidquid est, tibi esset datum desuper*. Sed quoniam scio quantum sit; non enim tantum est, ut tibi omni modo liberum sit: *propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet*. Ille quippe me tuae potestati tradidit invidendo, tu vero eandem potestatem in me exserturus es metuendo. Nec timendo quidem, praesertim innocentem, homo hominem debet occidere: sed tamen id zelando facere multo magis malum est, quam timendo. Et ideo non ait verax magister: *Qui me tradidit tibi*, ipse habet peccatum; tamquam ille non haberet: sed ait, *maius habet peccatum*; ut etiam se habere intellegeret. Neque enim propterea illud nullum est, quia hoc maius est.

6. Exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Quid est hoc quod dictum est, *exinde*, quasi antea non quaerebat? Lege superiora, et invenies iamdudum eum quaerere dimittere Iesum. *Exinde* itaque intellegendum est: Propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quamvis minus peccans quam Judaei, qui eum illi tradiderant occidendum. *Exinde* ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio **quaerebat eum dimittere**.

7. Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Caesari. Maiorem timorem se ingerere putaverunt Pilato. terrendo de Caesare, ut occideret Christum, quam superius ubi dixerunt: *Nos Legem habemus, et secundum Legem debet mori quia Filium Dei se fecit*. Eorum Legem quippe ille non timuit, ut occideret: sed magis Filium Dei timuit, ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Caesarem auctorem potestatis suae, quemadmodum legem gentis alienae. **8.** Adhuc tamen Evangelista sequitur, et dicit:

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceve Paschae, hora quasi sexta. Qua hora sit Dominus crucifixus, propter evangelistae alterius testimonium qui dixit: *Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum*, quoniam magna disceptatio solet oboriri; cum ad ipsum locum ubi crucifixus narratur ventum fuerit, ut potuerimus, si Dominus voluerit, disseremus. Cum ergo pro tribunali sedisset Pilatus:

Dicit Iudaeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dixit

⁶ Is 53, 7 Vulg: “et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum.”; VL: “& sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum.”; Sabatier in nota riporta vari testimoni concordanti col testo. At 8, 32 Vulg. è citazione testuale secondo la versione del testo: “et sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum.”, pertanto nella traduzione mi servo del v. da At.

⁷ Gv 19, 10-11

⁸ Gv 19, 12

⁹ Lo svolgimento del discorso impone di considerare come refuso questo plurale.

¹⁰ Gv 19, 12

¹¹ Gv 19, 13-14. Come già visto, NCEI qui traduce: “verso mezzogiorno”; ma, per i motivi sopra esposti, mi è parso di dover rispettare il computo tradizionale dell’ora.

²¹ NCEI traduce: “Erano le nove del mattino quando lo crocifissero.”. Per i motivi ben noti, ho optato di mantenere il computo tradizionale dell’ora.

*eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam?*¹² Adhuc terrorem quem de Caesare injecerant superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere, dicendo: *Regem vestrum crucifigam?*¹³ quos de ignominia Christi mitigare non poterat, sed timore mox vincitur.

*Responderunt enim pontifices: Non habemus regem nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur*¹⁴. Apertissime quippe contra Caesarem venire videretur, si regem se non habere nisi Caesarem profitentibus alium regem velit ingerere, dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendum. Tradidit ergo eis illum, ut crucifigeretur.

Sed nunquid aliud ante cupiebant, quando dicebat:

Accipite eum vos, et crucifigite? vel etiam superius: *Accipite eum vos, et secundum legem vestram iudicate eum?*¹⁵ Cur autem hoc illi tantopere **voluerunt**, dicentes:

*Nobis non licet interficere quemquam?*¹⁶ et omni modo instantes

ut non ab eis, sed a praeside occideretur, et ideo eum occidendum accipere recusantes, si tunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non sit, cur dictum est:

Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur? An aliquid interest? Plane interest.

Non est enim dictum: Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigerent eum, sed *ut crucifigeretur*, id est, ut iudicio ac potestate praesidis crucifigeretur.

Sed ideo illis traditum dicit evangelista, ut eos crimine implicatos,

a quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernebat impleret.

Quod ergo sequitur;

*Susceperunt autem Jesum, et eduxerunt*¹⁷. Potest ad milites jam referri apparitores praesidis. Nam postea evidentius dicitur: *Milites ergo cum crucifixissent eum*¹⁸. Quamvis evangelista etiam si totum Iudaeis tribuit, merito facit. Ipsi enim susceperunt quod avidissime flagitaverant, et ipsi fecerunt quidquid ut fieret extorserunt.

Judicante atque damnante Pilato pro tribunali, Dominum **nostrum** Jesum Christum hora quasi sexta susceperunt et eduxerunt.

*Et bajulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, Hebraice Golgotha, ubi eum crucifixerunt*²². Quid est ergo quod Marcus evangelista dicit: *Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum* (Marc. XV), nisi quia hora tertia crucifixus est Dominus linguis Iudaeorum, hora sexta manibus militum, ut intelligamus horam quintam jam fuisse transactam, et aliquid de sexta coeptum, quando sedit pro tribunali Pilatus, quae dicta est a Joanne, *hora quasi sexta?*

Et cum duceretur ut ligno cum duobus latronibus configeretur, et juxta ejus crucem gererentur quae gesta narrantur, hora sexta integra compleretur; ex qua hora usque ad nonam, sole obscurato, tenebras factas, trium evangelistarum, Matthaei, Marci, Lucae contestatur auctoritas²³.

Crocifiggilo!». Disse loro Pilato: «*Metterò in croce il vostro re?*». Tuttora tenta di superare il terrore di Cesare, che gli avevano messo addosso, cercando di scoraggiare per mezzo della loro ignominia, dicendo: «*Metterò in croce il vostro re?*», quelli che non aveva potuto calmare per mezzo dell'ignominia di Cristo; ma subito è vinto dal timore.

Risposero, infatti, *i capi dei sacerdoti*: «*Non abbiamo altro re che Cesare*». Allora lo consegnò loro perché fosse crocifisso. Sarebbe infatti sembrato che volesse mettersi palesemente contro Cesare, se, a loro che dichiaravano di non avere re se non Cesare, avesse voluto imporre un altro re, rilasciando impunito colui che essi gli avevano consegnato per ucciderlo, perché per loro aveva osato [tanto]. Allora lo consegnò loro perché fosse crocifisso. Ma forse che prima desiderava altro, quando diceva: *Prendetelo voi e crocifiggetelo?*, o anche più sopra: «*Prendetelo voi e giudicately secondo la vostra Legge!*»? Ma allora perché essi vollero con tanta tenacia, dicendo: *A noi non è permesso di mettere a morte nessuno?*, e insistendo in ogni modo affinché non da loro, ma dal procuratore fosse ucciso, rifiutandosi pertanto di prenderlo per ucciderlo, se adesso lo prendono per ucciderlo? O, se non è così, perché viene detto: *Allora lo consegnò loro perché fosse crocifisso?* C'è forse una differenza? Certo che c'è. Infatti non viene detto: Allora lo consegnò loro perché lo crocifiggesero; ma: *perché fosse crocifisso*, cioè, perché fosse crocifisso secondo la sentenza e la potestà del procuratore. Ma per questo fu consegnato loro, dice l'evangelista, per mostrare che essi erano implicati nel crimine dal quale tentavano di rimanere estranei. Pilato, infatti, non avrebbe fatto ciò, se non per soddisfare quello che vedeva essere loro desiderio. Quanto poi segue:

Essi presero Gesù, e lo condussero fuori. Può essere di certo riferito ai subalterni del procuratore. Infatti in seguito più esplicitamente si dice: *I soldati poi, quando ebbero crocifisso Gesù*. Ma anche se l'evangelista attribuisce tutto ai Giudei, lo fa a ragion veduta. Infatti essi ottennero ciò che avevano sollecitato con bramosia, ed essi stessi fecero tutto ciò che estorsero perché accadesse.

Al giudizio e alla condanna di Pilato davanti dal tribunale, presero il nostro Signore Gesù Cristo e lo condussero fuori, quasi all'ora sesta.

Ed egli, portando la croce, si avviò verso il luogo detto del Cranio, in ebraico Gòlgota, dove lo crocifissero. Cosa, quindi, dice l'evangelista Marco: *Era dunque l'ora terza e lo crocifissero* (Mc 15, 25)³⁶, se non che il Signore fu crocifisso all'ora terza dalle lingue dei Giudei, all'ora sesta dalle mani dei soldati, per farci intendere che l'ora quinta era già trascorsa, e la sesta era appena cominciata, quando Pilato sedette davanti al tribunale; cosa che da Giovanni è detta *era quasi l'ora sesta?* E mentre lo conducevano per essere confitto al legno coi due briganti, e presso la croce avvenivano le cose che sono narrate, si compì per intero l'ora sesta; e l'autorità dei tre evangelisti, Matteo, Marco, Luca chiama a testimonianza che da quest'ora fino alla nona, oscuratosi il sole, calarono le tenebre.

eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Adhuc terrorem quem de Caesare ingesserant, superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere dicendo: *Regem vestrum crucifigam?* quos de ignominia Christi mitigare non potuit: sed timore mox vincitur.

9. *Responderunt enim pontifices: Non habemus regem nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur*. Apertissime quippe contra Caesarem venire videretur, si regem se non habere nisi Caesarem profitentibus, alium regem vellet ingerere dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderant occidendum. *Tradidit ergo eis illum ut crucifigeretur*.

Sed numquid aliud et ante cupiebat quando dicebat:

Accipite eum vos, et crucifigite; vel etiam superius: *Accipite eum vos, et secundum Legem vestram iudicate eum?* Cur autem illi tantopere **noluerunt**, dicentes:

Nobis non licet interficere quemquam; et omni modo instantes,

ut non ab eis, sed a praeside occideretur, et ideo eum occidendum accipere recusantes, si nunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non fit, cur dictum est:

Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur? An aliquid interest? Plane interest.

Non est enim dictum: *Tunc ergo tradidit eis illum* ut crucifigerent eum; sed, *ut crucifigeretur*, id est, ut iudicio ac potestate praesidis crucifigeretur.

Sed ideo illis traditum dixit Evangelista, ut eos crimini implicatos,

a quo alieni esse conabantur, ostenderet: non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernebat, impleret.

Quod autem sequitur:

Susceperunt autem Iesum, et eduxerunt, potest ad milites iam referri apparitores praesidis. Nam postea evidentius dicitur: *Milites ergo cum crucifixissent eum*: quamvis evangelista etiamsi totum Iudaeis tribuit, merito facit; ipsi enim susceperunt quod avidissime flagitaverunt, et ipsi fecerunt quidquid ut fieret extorserunt.

Sed haec sequentia alio sermone tractanda sunt.

TRACTATUS CXVII

Quod scripsi, scripsi (Io 19, 17-22).

O ineffabilem vim divinae operationis, etiam in cordibus ignorantium. Ideo Pilatus quod scripsit, scripsit, quia Dominus quod dixit, dixit.

I. Iudicante atque damnante Pilato pro tribunali, Dominum Iesum Christum hora quasi sexta susceperunt, et eduxerunt.

Et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, hebraice Golgotha, ubi crucifixerunt eum. Quid est ergo quod Marcus evangelista dicit: *Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum*; nisi quia hora tertia crucifixus est Dominus linguis Iudaeorum, hora sexta manibus militum? Ut intellegamus horam quintam iam fuisse transactam, et aliquid de sexta coeptum quando sedit pro tribunali Pilatus, quae dicta est a Joanne hora quasi sexta:

et cum duceretur, et ligno cum duobus latronibus configeretur, et iuxta eius crucem gererentur quae gesta narrantur, hora sexta integra compleretur; ex qua hora usque ad nonam sole obscurato, tenebras factas trium evangelistarum, Matthaei, Marci et Lucae contestatur auctoritas.

Sed quoniam Iudaei facinus interfecti Christi a se in Romanos, id est, in Pilatum et eius milites transferre conati sunt; propterea Marcus suppressa ea hora qua Christus a militibus crucifixus est, quae agi sexta iam coeperat, tertiam potius horam recordatus expressit, qua hora intelleguntur apud Pilatum clamare potuisse: *Crucifige, crucifige*: ut non illi tantum reperiantur crucifixisse Iesum, id est, milites qui eum ligno sexta

¹² Gv 19, 14-15

¹³ Gv 19, 15

¹⁴ Gv 19, 15-16

¹⁵ Gv 18, 31

¹⁶ Gv 18, 31

¹⁷ Gv 19, 16; NCEI traduce semplicemente: “Essi presero Gesù”; io ho ritenuto di non tralasciare “eduxerunt”.

¹⁸ Gv 19, 23

²² Gv 19, 17-18

²³ cfr Mt 27, 45; Mc 15, 33; Lc 23, 44

³⁶ NCEI attualizza il computo dell’ora, traducendo: “Erano le nove del mattino quando lo crocifissero.”. Opto quindi per una traduzione che mantenga il computo tradizionale.

Est et alia hujus quaestionis, ut non hic accipiat hora sexta diei, quia nec Joannes ait: Erat autem hora diei quasi sexta; sed ait:

*Erat autem Parasceve paschae hora quasi sexta*²⁴. Parasceve autem Latine *praeparatio* est: Sed isto verbo Graeco libentius utuntur Iudaei, in hujusmodi observationibus, etiam qui magis Latine quam Graece loquuntur. Erat autem praeparatio paschae. *Pascha* vero *nostrum*,

sicut dicit Apostolus, *immolatus est Christus (I Cor. V)*. Cujus paschae praeparationem, si ab hora noctis nona computemus (tunc enim videntur principes sacerdotum praenuntiasse Domini immolationem, dicentes:

*Reus est mortis*²⁵, cum adhuc in domo pontificis audiretur; unde congruenter accipitur inde coepisse praeparationem veri Paschae, cujus umbra erat pascha Iudaeorum, id est, immolationis Christi, ex quo a sacerdotibus praenuntiatus est immolandum), profecto ab ea noctis hora,

quae nona fuisse convincitur, usque ad horam diei tertiam, qua crucifixum esse Christum Marcus evangelista testatur, sex horae sunt, tres nocturnae, tres diurnae.

Unde in hac Parasceve paschae, id est, praeparatione immolationis Christi, quae ab hora noctis nona coepta erat, quasi sexta agebatur hora; id est, peracta quinta, jam sexta currere coeperat, quando Pilatus tribunal ascendit. Adhuc enim erat ipsa praeparatio, quae ab hora noctis nona coeperat, donec fieret quae praeparabatur Christi immolatio, quae facta est, hora (secundum Marcum) tertia,

non praeparationis, sed diei; eademque sexta non diei, sed praeparationis, sex utique horis a noctis nona usque ad diei tertiam computatis.

Harum duarum solutionum istius difficilis quaestionis eligat quisque quam volet. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de consensu Evangelistarum, quae operosissime disputata sunt, legerit.

*Susceperunt autem Jesum, et eduxerunt eum; et bajulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, Hebraice autem Golgotha, ubi eum crucifixerunt*²⁶. Ibat ergo ad locum ubi erat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum; sed si spectet impietas, grande ludibrium. Si pietas, grande mysterium; si spectet impietas, grande ignominiae documentum; si pietas, grande fidei monumentum.

Si spectet impietas, ridet regem, pro virga regni, lignum sui portare supplicii.

Si pietas, videt regem bajulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum; in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum. Dicturo enim Paulo:

Mihi enim absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi (Galat. VI), ipsam crucem suo gestans humero commendabat;

et lucernae arsurae, quae sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat²⁷.

*Bajulans ergo sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, Hebraice Golgotha, ubi eum crucifixerunt; et cum eo alios duos, hinc et hinc, medium autem Jesum*²⁸. Isti duo latrones erant, sicut aliorum evangelistarum narratione didicimus (*Marc. XV; Luc. XXIII*), cum quibus crucifixus,

et inter quos fixus est Christus, de quo praemissa dixerat prophetia: *Et inter iniquos deputatus est (Isai. LIV)*²⁹.

Scriptis autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum, quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus; et scriptum Hebraice, Graece et Latine:

C'è anche dell'altro su questa questione, perché qui non si assuma che è l'ora sesta del giorno, in quanto nemmeno Giovanni dice: Era dunque quasi l'ora sesta del giorno; ma dice:

*Era la Parasceve della Pasqua, quasi all'ora sesta*³⁷. Parasceve in latino è *preparazione*; ma i Giudei, per questo genere di osservanze, si servono preferibilmente di questa parola greca, anche quelli che si esprimono di preferenza piuttosto in latino che in greco. Era, dunque, la preparazione della Pasqua. *E infatti Cristo, nostra Pasqua*, - come dice l'Apostolo - *è stato immolato* (1Cor 5, 7)! Se calcoliamo la preparazione di questa Pasqua a partire dall'ora nona della notte (allora infatti sembra che i principi dei sacerdoti abbiano preannunciato l'immolazione del Signore, dicendo: «È reo di morte!», essendo stato sino allora interrogato nella casa del pontefice; per cui correttamente si assume che da lì cominciò la preparazione della vera Pasqua, adombrata dalla Pasqua dei Giudei, cioè dell'immolazione di Cristo, da quando fu preannunciato dai sacerdoti che doveva essere immolato), di certo da quell'ora di notte, che si è stabilito fosse l'ora nona, sino all'ora terza del giorno, in cui l'evangelista Marco attesta che Cristo fu crocifisso, ci sono sei ore, tre di notte e tre di giorno. Dunque in questa Parasceve di Pasqua, cioè nella preparazione dell'immolazione di Cristo, che era cominciata all'ora nona di notte, era quasi l'ora sesta; Cioè, trascorsa la quinta, la sesta aveva ormai cominciato a correre, quando Pilato salì al tribunale. Sin qui infatti era la stessa preparazione, che era cominciata all'ora nona di notte, finché si fosse compiuta l'immolazione di Cristo che veniva preparata, che fu compiuta all'ora terza (secondo Marco), non della preparazione ma del giorno; che è la medesima sesta, non del giorno ma della preparazione: certamente sei ore contate dalla nona della notte fino alla terza del giorno. Delle due soluzioni di questa difficile questione ciascuno scelga quella che vuole. Peraltro giudicherà meglio cosa scegliere chi avrà letto l'elaboratissima trattazione sulla concordanza degli Evangelisti.

*Essi presero Gesù e lo condussero fuori, ed egli*³⁸, *portando la croce, si avviò verso il luogo detto del Cranio, in ebraico Gòlgota, dove lo crocifissero*. Andava dunque Gesù al luogo dove sarebbe stato crocifisso, portando la sua croce. Grande spettacolo; ma se è l'empietà a guardare, grande ludibrio. Se è la pietà, grande mistero; se è l'empietà a guardare, grande documento di ignominia; se è la pietà, grande monumento di fede. Se è l'empietà a guardare, irridere il re che, invece dello scettro del regno, porta il legno del suo supplizio. Se è la pietà, contempla il re caricato del legno al quale configgere lui stesso, e che sarà poi impresso anche sulle fronti dei re; Disprezzabile agli occhi degli empi in ciò di cui si glorieranno i cuori dei santi. Quando Paolo, infatti, dirà: *Quanto a me invece non ci sia altro vanto che nella croce del Signore nostro Gesù Cristo* (Gal 6, 14), raccomandava la croce reggendola sulle sue spalle, e portava il candelabro per la lucerna che deve ardere, e non deve essere posta sotto il moggio. Dunque, *egli, portando la croce, si avviò verso il luogo detto del Cranio, in ebraico Gòlgota, dove lo crocifissero e con lui altri due, uno da una parte e uno dall'altra, e Gesù in mezzo*. Questi due erano briganti - come abbiamo appreso dalla narrazione degli altri evangelisti (cfr Mc 15, 27; Lc 23, 33)³⁹ – coi quali fu crocifisso, anzi fu confitto fra loro Cristo, come aveva detto la profezia premessa: *ed è stato annoverato fra gli empi* (Is 53, 12).

Pilato compose anche l'iscrizione e la fece porre sulla croce; vi era scritto: «Gesù il Nazareno, il re dei Giudei». Molti Giudei lessero questa iscrizione, perché il luogo dove Gesù fu crocifisso era vicino alla città; era scritta in ebraico, in latino e in greco:

hora suspenderunt; verum etiam Iudaei, qui ut crucifigeretur, hora tertia clamaverunt.

2. Est et alia huius solutio quaestionis, ut non hic accipiat hora sexta diei, quia nec Ioannes ait: Erat autem hora diei quasi sexta,

aut hora quasi sexta; sed ait:

Erat autem parasceve Paschae, hora quasi sexta. Parasceve autem latine Praeparatio est: sed isto verbo graeco libentius utuntur Iudaei in huiusmodi observationibus, etiam qui magis latine quam graece loquuntur. Erat ergo praeparatio Paschae. *Pascha* vero *nostrum*,

sicut dicit Apostolus, *immolatus est Christus*: cuius Paschae praeparationem si ab hora noctis nona computemus (tunc enim videntur principes sacerdotum pronuntiasse immolationem Domini, dicentes:

Reus est mortis; cum adhuc in domo pontificis audiretur; unde congruenter accipitur inde coepisse praeparationem veri Paschae, cuius umbra erat Pascha Iudaeorum, id est, immolationis Christi, ex quo a sacerdotibus pronuntiatus est immolandum), profecto ab ea noctis hora,

quae tunc nona fuisse conicitur, usque ad horam diei tertiam qua crucifixum esse Christum Marcus evangelista testatur, sex horae sunt, tres nocturnae et tres diurnae.

Unde in hac parasceve Paschae, id est praeparatione immolationis Christi, quae ab hora noctis nona coeperat, quasi sexta agebatur hora; id est, peracta quinta iam sexta currere coeperat, quando Pilatus tribunal ascendit: adhuc enim erat ipsa praeparatio, quae ab hora noctis nona coeperat, donec fieret quae praeparabatur Christi immolatio:

quae facta est hora tertia secundum Marcum,

non praeparationis, sed diei; eademque sexta non diei, sed praeparationis, sex utique horis a noctis nona usque ad diei tertiam computatis.

Harum duarum solutionum istius difficilis quaestionis, eligat quisque quam volet. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de Consensu Evangelistarum quae operosissime disputata sunt, legerit.

Quod si et aliae solutiones eius potuerint inveniri, cumulatus evangelicae veritatis constantia defendetur adversus calumnias infidelis atque impiae vanitatis. Nunc ad narrationem Ioannis evangelistae post ista breviter tractata redeamus.

Spectaculum impietas, ludibrium.

3. *Susceperunt autem, inquit: Iesum, et eduxerunt: et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, hebraice Golgotha, ubi crucifixerunt eum*. Ibat ergo ad locum ubi fuerat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum: sed si spectet impietas, grande ludibrium; si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominiae documentum; si pietas, grande fidei munimentum:

si spectet impietas, ridet regem pro virga regni lignum sui portare supplicii;

si pietas, videt regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum: in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum. Dicturo enim Paulo:

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,

ipsam crucem suam suo gestans humero commendabat;

et lucernae arsurae quae sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat.

Baiulans ergo sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Calvariae locum, hebraice Golgotha: ubi eum crucifixerunt; et cum eo alios duos hinc et hinc, medium autem Iesum. Isti duo latrones erant, sicut aliorum evangelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifixus

et inter quos fixus est Christus: de quo praemissa dixerat prophetia: *Et inter iniquos deputatus est*.

4. *Scriptis autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem: erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum, quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice, graece et latine:*

²⁴ Gv 19, 14

²⁵ Mt 26, 66

²⁶ Gv 19, 16-18

²⁷ cfr Mt 5, 15

²⁸ Gv 19, 17-18

²⁹ In realtà Is 53, 12; Vulg.: “et cum sceleratis reputatus est”; VL: “& cum iniquis reputatus est”; Sabatier in nota riporta tre testimoni per “inter iniquos deputatus est”. Quanto al “praemissa prophetia” ritengo che si riferisca all’appena citato Lc XXIII, in realtà Lc 22, 37 che cita così Isaia: “Et cum iniquis deputatus est.”; ma Sabatier in nota: “Tertul. l. de fuga in pers. p. 973. b. *inter iniquos deputatus est.*”

³⁷ NCEI attualizza il computo dell’ora, traducendo: “Era la Parasceve della Pasqua, verso mezzogiorno.”. Il commento di Beda esige che si mantenga il computo tradizionale.

³⁸ NCEI traduce: “Essi presero Gesù ed egli ...”; ho preferito mantenere i due verbi.

³⁹ Cfr anche Mt 27, 38

*Rex Iudaeorum*³⁰. Hae quippe tres linguae ibi prae caeteris eminebant: Hebraea propter Iudaeos in lege Dei gloriantes; Graeca propter gentium sapientes; Latina propter Romanos multis ac pene omnibus jam tunc gentibus imperantes.

*Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum: Noli scribere: Rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi*³¹.

O ineffabilem vim divinae operationis, etiam in cordibus ignorantium! Nonne occulta vox quaedam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat quod tanto ante in Psalmorum litteris prophetatum est:

*Ne corrumpas tituli inscriptionem*³² Ecce tituli inscriptionem non corrumpit. Quod scripsit, scripsit; sed etiam pontifices qui hoc corrumpi volebant, qui dicebant: *Noli scribere*, inquit, *Rex Iudaeorum*,

sed quia ipse dixit, Rex sum Iudaeorum. Quid loquimini, insani? Quid fieri contradicitis, quod mutare nullo puncto potestis? Nunquid enim propterea non erit verum quia Iesus ait: *Rex sum Iudaeorum*? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod Veritas dixit? Sed Iudaeorum tantum rex Christus est, an et gentium? Imo et gentium. Cum enim dixisset in prophetia,

*Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion, montem sanctum ejus, praedicans praeceptum Domini (Psal. II)*³³, ne propter montem Sion solis Iudaeis eum regem quisquam diceret constitutum, continuo subjecit: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae (Ibid.)*. Unde et ipse jam per os proprium loquens apud Iudaeos: *Habeo*, inquit, *alias oves, quae non sunt ex hoc ovili; oportet me et ipsas adducere, et vocem meam audient; et erit unus grex, et unus pastor (Joan. X)*³⁴.

Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo sacramentum,

in quo scriptum erat *Rex Iudaeorum*, si Rex est Christus et gentium? quia,

scilicet, oleaster factus est particeps pinguedinis oleae (*Rom. XI*).

Nam olea particeps facta est amaritudinis oleastri.

Nam in eo **qu**i de Christo veraciter scriptus est titulus: *Rex Iudaeorum*, qui sunt intelligendi Iudaei, nisi Abrahae semen, filii promissionis, qui sunt etiam filii Dei, quoniam non qui filii promissionis, deputantur in semine (*Rom. IX*); et gentes erant, quibus dicebat: *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahae estis, secundum promissionem haeredes (Galat. III)*. Rex ergo Iudaeorum Christus, sed Iudaeorum circumcissione cordis; spiritu, non littera; quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est, pertinentium ad Jerusalem liberam, matrem nostram, aeternam in coelis, Saram spiritualem ancillam, et filios ejus de domo libertatis ejicientem (*Rom. II*)³⁵. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit, quia Dominus quod dixit, dixit.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinvicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit, ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes; unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in

«il re dei Giudei». Erano infatti queste le tre lingue principali di lì: l'ebraico a causa dei Giudei che si gloriavano della legge di Dio; il greco a causa dei saggi dei popoli; il latino a causa dei Romani, che imperavano su molte, anzi, quasi tutte le genti.

*I capi dei sacerdoti dei Giudei dissero allora a Pilato: «Non scrivere: “Il re dei Giudei”, ma: “Costui ha detto: Io sono il re dei Giudei”». Rispose Pilato: «Quel che ho scritto, ho scritto». O ineffabile forza dell'azione divina, anche nei cuori di chi ignora! Forse una qualche voce segreta faceva risuonare nell'anima di Pilato, con un qualche tonante silenzio, ciò che molto prima era stato profetato nel libro dei Salmi: *Non alterare l'iscrizione del titolo*. Ecco, [egli] non altera l'iscrizione del titolo [di condanna]. Quello che ha scritto, ha scritto; ma anche i gran sacerdoti che volevano essa fosse alterata, loro che dicevano⁴⁰: *Non scrivere*, dicono, “*Il re dei Giudei*”, *ma: “Costui ha detto: Io sono il re dei Giudei”*: Che state dicendo, insensati? Perché vi opponete che sia fatto ciò che in nessun modo potete mutare? Forse che per questo non sarà vero che Gesù afferma: *Io sono il re dei Giudei*? Se non si può alterare ciò che Pilato ha scritto, si può alterare ciò che la Verità ha detto? Ma Cristo è re dei Giudei soltanto, o anche delle genti? Di certo anche delle genti. Infatti, dopo aver detto nella profezia: *Io sono stato da lui costituito re sopra Sion, il suo monte santo; promulgo il decreto del Signore* (Sal 2, 6), affinché nessuno, per via del monte Sion, dica che sia stato costituito re dei soli Giudei, subito aggiunge: *[il Signore] mi ha detto: «Tu sei mio figlio, io oggi ti ho generato. Chiedimi e ti darò in eredità le genti e in tuo dominio le terre più lontane*. (ibid. 2, 7-8). Per cui lui stesso già parlando di sua bocca ai Giudei: *E ho altre pecore, ha detto, che non provengono da questo recinto: anche quelle io devo guidare. Ascolteranno la mia voce e diventeranno un solo gregge, un solo pastore*. (Gv 10, 16). Perché dunque vogliamo intendere un grande mistero in questa iscrizione, su cui era scritto, *Il re dei Giudei*: se Cristo è il Re anche delle genti? Perché, di certo, l'olivastro è stato fatto partecipe della pinguedine dell'olivo (cf. Rm 11, 17-18). Infatti l'olivo è diventato partecipe dell'amarezza dell'olivastro⁴¹. Infatti, poiché l'iscrizione è scritta con verità su Cristo: *Il re dei Giudei*, questi bisogna intendere per Giudei: non altri che il seme di Abramo, i figli della promessa, che sono anche i figli di Dio, perché non [solo] i figli della promessa vengono compresi nel seme (cfr Rm 9, 7-8)⁴²; lo sono anche le genti, cui diceva: *Se appartenete a Cristo, allora siete discendenza di Abramo, eredi secondo la promessa*. (Gal 3, 29). Dunque Re dei Giudei è Cristo, ma dei Giudei circoncisi *nel cuore, nello spirito, non nella lettera; la loro lode non viene dagli uomini ma da Dio* (Rm 2, 29), per loro che appartengono alla Gerusalemme libera, nostra madre, eterna nei cieli, la Sara spirituale che scaccia la schiava e i figli di lei dalla casa della libertà (cf. Gal 4, 22-31). Ecco perché Pilato quello che ha scritto ha scritto: perché il Signore quello che ha detto ha detto.*

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes; unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in

I soldati poi, quando ebbero crocifisso Gesù, presero le sue vesti, ne fecero quattro parti – una per ciascun soldato – e la tunica. Ma quella tunica era senza cuciture, tessuta tutta d’un pezzo da cima a fondo. Perciò dissero tra loro: «Non stracciamola, ma tiriamo a sorte a chi tocca». Così si compiva la Scrittura, che dice: Si sono divisi

Rex Iudaeorum. Hae quippe tres linguae ibi prae caeteris eminebant: hebraea, propter Iudaeos in Dei Lege gloriantes; graeca, propter Gentium sapientes;

latina, propter Romanos multis ac pene omnibus iam tunc gentibus imperantes.

5. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum: Noli scribere, Rex Iudaeorum; sed quia ipse dixit. Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

O ineffabilem vim divinae operationis, etiam in cordibus ignorantium! Nonne occulta vox quaedam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat, quod tanto ante in Psalmorum litteris prophetatum est:

Ne corrumpas tituli inscriptionem? Ecce tituli inscriptionem non corrumpit; quod scripsit, scripsit. Sed etiam pontifices qui hoc corrumpi volebant, quid dicebant? *Noli scribere*, inquit: *Rex Iudaeorum*;

sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. Quid loquimini, insani? Quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Numquid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait: *Rex sum Iudaeorum*? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit? Sed Iudaeorum tantum rex est Christus, an et Gentium? Imo et Gentium. Cum enim dixisset in prophetia:

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, praedicans praeceptum Domini; ne propter montem Sion solis Iudaeis eum regem quisquam diceret constitutum, continuo subiecit: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*. Unde et ipse iam per os proprium loquens

apud Iudaeos: *Habeo*, inquit, *alias oves quae non sunt de hoc ovili: oportet me et ipsas adducere, et vocem meam audient, et erit unus grex et unus pastor*. Cur ergo magnum volumus intellegi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat: *Rex Iudaeorum*, si rex est Christus et Gentium? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleae, non olea particeps facta est amaritudinis oleastri.

Nam in eo **quod** de Christo veraciter scriptus est titulus: *Rex Iudaeorum*, qui sunt intellegendi Iudaei, nisi semen Abrahae, filii promissionis, qui sunt etiam filii Dei? Quoniam *non qui filii carnis*, ait Apostolus, *hi filii Dei; sed qui filii promissionis, deputantur in semine*. Et Gentes erant quibus dicebat: *Si autem vos Christi, ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem haeredes*. Rex ergo Iudaeorum Christus, sed Iudaeorum circumcissione cordis, spiritu, non littera; quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est; pertinentium ad Ierusalem liberam matrem nostram aeternam in coelis, Saram spiritalem, ancillam et filios eius de domo libertatis eicientem. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit; quia Dominus quod dixit, dixit.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes; unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in

TRACTATUS CXVIII

Acceperunt vestimenta eius et fecerunt quatuor partes, et tunicam (Io 19, 23-24).

Quadripartita vestis Domini quadripartitam figuravit eius Ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam. Tunica vero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae caritatis vinculo continetur.

1. Ea quae gesta sunt iuxta crucem Domini, cum iam crucifixus esset, isto, quantum adiuvat, sermone tractemus.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quatuor partes; unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in

^[1] Gv 19, 19-20. La ripresa conclusiva di “Rex Iudaeorum” parrebbe integrazione di Agostino e Beda.

^[2] Gv 19, 21-22

^[3] Cfr il v. 1 dei salmi 56, 57, 58, Vulg.: “In finem, ne disperdas. David in tituli inscriptionem”, ma nei tre casi Sabatier in nota riporta testimoni con “ne corrumpas …”; simile anche v. 1 del Sal 59. NCEI traduce: “Su «Non distruggere». Di Davide.”, e in modo non del tutto dissimile anche precedenti traduzioni su Vulg.; Agostino e Beda, facendo perno su “corrumpas”, evidentemente avvalorano un’interpretazione disancorata dal titolo di altro salmo.

^[4] NCEI (Sal 2, 6-7a) traduce: “«Io stesso ho stabilito il mio sovrano sul Sion, mia santa montagna». Voglio annunciare il decreto del Signore.”; seguo quindi una traduzione su Vulg.

^[5] Gv 10, 16 Vulg.: “Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.”; VL: “Et alias habeo oves, quae non sunt de hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, et erit unus grex, & unus pastor.

^[6] In realtà la notazione di Rm si riferisce a un passo appena sopra, di cui è citazione testuale, mentre il riferimento di quanto segue ad esso è a Gal 4, come correttamente indicato nella traduzione italiana di Agostino; pertanto, nella traduzione, ho deciso di mantenere i riferimenti agostiniani e di evidenziare in corsivo la citazione testuale da Rm.

^[7] Il fatto che Beda proponga “qui” invece del “quid” di Agostino mi sembra complicità un poco struttura e intenti del periodo. La soluzione più probabile è forse evidenziare un rimando all’affermazione precedente: “ma ciò vale anche per …”

^[8] Contrariamente alla citazione presente nella traduzione di Agostino, ho deciso di includere anche il v. 18 perché mi sembra spiegare adeguatamente le ragioni dell’apparente refuso in Beda, dove “non” è sostituito da “nam”.

^[9] In tutto questo periodo Beda, con tagli coraggiosi, opera un sunto dello sviluppo agostiniano, ottenendo, mi pare, una sottolineatura dell’inserimento dei pagani nel seme/discendenza di Abramo.

*vestem meam miserunt sortem*⁴³. Factum est quod voluerunt Iudaei. Non ipsi, sed milites qui parebant Pilato, iudicante ipso, crucifixerunt Iesum; et tamen si voluntates, si insidias, si opera, si traditionem, postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus, magis utique Iudaei crucifixerunt Iesum; sed de partitione et sortitione vestimentorum ejus, non est praetereunter loquendum. Quamvis enim omnes evangelistae quatuor hujus rei meminerint, caeteri tamen brevius quam Joannes, et clause illi, iste vero apertissime,

et quot partes de vestimentis ejus fecerint, dixit, id est quatuor, ut singulas tollerent. Unde apparet quatuor milites fuisse, qui eo crucifigendo praesidi paruerunt. Manifeste quippe ait: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam.* Subaudiendum est, *acceperunt*, ut iste sit sensus. Acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem. Acceperunt et tunicam; et sic locutus est, ut de caeteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica, quam simul cum caeteris acceperunt, sed non similiter diviserunt. De hac enim sequitur exponens: *Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.* Cur autem de illa sortem miserint, narrans: *Dixerunt ergo, inquit, adinvicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit.* Apparet itaque in aliis vestibus aequales eos habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit; in illa vero una, non eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur, ut pannos ejus inutiliter tollerent. Quod ne facerent, ad unum eam pervenire sortitione maluerunt. Hujus evangelistae narrationi consonat etiam propheticum testimonium, quod et ipse continuo subjungens:

Ut Scriptura, inquit, impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem. Non enim ait *sortiti*, sed *partiti*. Nec ait: Sortientes partiti sunt in caeteris vestimentis sortem, omnino non nominans, postea dixit: *et in vestem meam miserunt sortem*, propter illam reliquam tunicam. De qua re dicam quod ipse donaverit, cum prius eam quae oboriri potest, tanquam evangelistae inter se discrepent, calumniam propulsavero, demonstrans nullius caeterorum verba narrationi Joannis esse contraria.

Matthaeus enim dicendo: *Diviserunt vestimenta ejus sortem mittentes* (Matth. XXVII), ad totam divisionem vestimentorum voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt, quia utique omnes vestes dividendo, in quibus et illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est quod ait etiam Lucas: *Dividentes vestimenta ejus, miserunt sortes* (Luc. XXIII). Dividentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sortitio, ut inter eos universa vestimentorum ejus divisio compleretur. Quid autem interest utrum dicatur: *Dividentes miserunt sortes*, quod ait Lucas, an: *Diviserunt sortem mittentes*, quod ait Matthaeus? nisi quod Lucas dicendo *sortes*, pluralem pro singulari numerum posuit: quae locutio Scripturis sanctis insolita non est, quamvis nonnulli Codices *sortem* reperiantur habere, non *sortes*. Marcus itaque solus videtur aliquam intulisse quaestionem. Dicendo enim: *Mittentes sortem super eis, quis quid tolleret* (Marc. XV), tanquam super omnibus vestimentis, non super sola tunica sors sit missa, locutus videtur. Sed etiam hic brevitatis obscuritatem facit. Sic enim dictum est *mittentes sortem super eis*, ac si diceretur: *Mittentes sortem cum dividerentur*. Quod et factum est; omnium quippe vestimentorum ejus divisio completa non esset, nisi sorte claruisset quis etiam illam tunicam tolleret, ut sic contentio dividendum finiretur, vel nulla potius oriretur. Quod ergo ait: *Quis quid tolleret*, quandoquidem hoc sorti deputatur, non ad omnia quae divisa sunt vestimenta referendum est. Sors enim missa est, quis illam tunicam tolleret, de qua quoniam narrare praetermisit qualis fuerit, et quemadmodum aequalibus factis partibus sola remanserit, quae ne conscinderetur, venit in sortem, pro ea positum est quod ait: *Quis quid tolleret*, id est: Quis eam tolleret, tanquam si totum ita diceretur: *Diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes super eis*, quis tunicam, quae partibus aequalibus superfuerat, tolleret.

tra loro le mie vesti e sulla mia tunica hanno gettato la sorte. Si fece quanto i Giudei avevano voluto. Non essi, ma i soldati agli ordini di Pilato, in ottemperanza alla sua sentenza, crocifissero Gesù; e tuttavia, se riflettiamo sulla loro volontà, le insidie, le macchinazioni, l'averlo consegnato, infine le loro urla per strappare la sentenza, certamente soprattutto i Giudei crocifissero Gesù; ma della spartizione e del sorteggio delle sue vesti non si può parlare di sfuggita. Benché infatti tutti e quattro gli evangelisti abbiano ricordato questo episodio, tuttavia quegli altri più brevemente di Giovanni, e indirettamente, egli invece in modo più che palese;

e disse in quante parti divisero le sue vesti, cioè in quattro, per prenderne ciascuno una. Donde risulta che fossero quattro i soldati che eseguirono l'ordine del procuratore crocifiggendolo. Infatti dice chiaramente: *I soldati poi, quando ebbero crocifisso Gesù, presero le sue vesti, ne fecero quattro parti – una per ciascun soldato – e la tunica.* Va sottinteso *presero*, perché abbia senso. Presero le sue vesti, e fecero quattro parti, una parte per ciascun soldato. Presero anche la tunica; e così si è espresso, perché comprendiamo che delle altre vesti non fu fatto nessun sorteggio, bensì della tunica, che avevano preso insieme alle altre vesti, ma che non divisero allo stesso modo. Infatti prosegue sull'argomento, esponendo: *Ma quella tunica era senza cuciture, tessuta tutta d'un pezzo da cima a fondo.* Poi, narrando perché la misero a sorte: *Perciò, dice, dissero tra loro: «Non stracciamola, ma tiriamo a sorte a chi tocca».* Appare così che essi ebbero parti uguali delle altre vesti, così che non fu necessario tirare a sorte; ma che solo di quella, essi non avrebbero potuto avere singole parti, se non stracciandola, per poi prendere inutilmente degli stracci. Per non fare ciò, preferirono attribuirle in sorte ad uno solo. Anche la testimonianza profetica concorda con la narrazione di questo evangelista, come questi del resto nota, soggiungendo: *Così si compiva, afferma, la Scrittura, che dice: Si sono divisi tra loro le mie vesti e sulla mia tunica hanno gettato la sorte.* Infatti non dice: hanno sorteggiato, ma *si sono divisi*. E neppure dice: Tirando a sorte si divisero; non nominando affatto la sorte a proposito delle altre vesti, poi disse: *e sulla mia tunica hanno gettato la sorte*, per quella tunica rimasta. Di questa cosa dirò ciò di cui Egli mi avrà concesso, non appena avrò respinto la calunnia che può insorgere, quasi che gli evangelisti siano discordanti tra loro, dimostrando che le parole di nessuno degli altri sono contrarie alla narrazione di Giovanni.

Matteo infatti, dicendo: *Si divisero le sue vesti, tirandole a sorte* (Mt 27, 35), volle che si capisse che anche quella tunica, su cui tirarono a sorte, faceva parte di tutta la divisione delle vesti; sì, perché nel dividere tutte le vesti, di cui faceva parte quella, su di essa gettarono la sorte. È così quanto dice anche Luca: *Poi dividendo le sue vesti, le tirarono a sorte.* (Lc 23, 34). Dividendo infatti arrivarono alla tunica, su cui tirarono a sorte, in modo da completare tra loro la divisione di tutte le sue vesti. Che differenza c'è se si dice *Dividendo, tirarono le sorti*⁴⁹, come dice Luca, o: *Si divisero tirandole a sorte*, come dice Matteo? se non che Luca, dicendo *sorti*, usa il plurale invece del singolare; variante che non è insolita nelle sante Scritture, benché in alcuni codici si trovi *sorte*, non *sorti*. Soltanto Marco sembra presentare qualche problema. Dicendo infatti: *Tirando a sorte su di esse ciò che ognuno avrebbe preso* (Mc 15, 24), sembra dire che si sia tirato a sorte per tutte le vesti, non per la sola tunica. Ma anche qui la brevità genera oscurità. Viene infatti detto così *tirando a sorte su di esse*, come a dire: Tirarono a sorte mentre le dividevano. Il che effettivamente avvenne; infatti la divisione di tutte le sue vesti non sarebbe stata completa, se la sorte non avesse chiarito chi avrebbe preso anche quella tunica, così che avesse fine la contesa fra chi se le divideva, o meglio non ne sorgesse alcuna. Quando dunque dice: *ciò che ognuno avrebbe preso*, benché ciò si riferisca alla sorte, non va riferito a tutte le vesti che furono divise. Si tirò infatti a sorte su chi dovesse prendere la tunica; della quale - poiché ha tralasciato di narrare come fosse, e come mai, fatte le parti uguali, sia rimasta quella sola, e per non stracciarla fu tirata a sorte - al posto di essa egli dice: *ciò che ognuno avrebbe preso*, cioè: Chi l'avrebbe presa; come se il tutto fosse detto così: *si divisero le sue vesti, tirando a sorte su di essi*⁵⁰, chi avrebbe preso la tunica, che era rimasta dopo aver fatto parti uguali.

vestem meam miserunt sortem. Factum est quod voluerunt Iudaei: non ipsi, sed milites qui parebant Pilato, iudicante ipso, crucifixerunt Iesum; et tamen si voluntates, si insidias, si operam, si traditionem, postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus, magis utique Iudaei crucifixerunt Iesum.

2. Sed de partitione et sortitione vestimentorum eius non est praetereunter loquendum. Quamvis enim omnes Evangelistae quatuor huius rei meminerint, caeteri tamen brevius quam Ioannes: et clause illi, iste vero apertissime.

Nam Matthaeus ait: *Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta eius, sortem mittentes.* Marcus: *Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* Lucas: *Dividentes vero vestimenta eius, miserunt sortes.* Ioannes autem

et quot partes de vestimentis ejus fecerint, dixit, id est, quatuor, ut singulas tollerent. Unde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo praesidi paruerunt. Manifeste quippe ait: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam;*

subaudiendum est, acceperunt: ut iste sit sensus: Acceperunt vestimenta eius, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem; acceperunt et tunicam. Et sic locutus est, ut de caeteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus; sed de tunica quam simul cum caeteris acceperunt, sed non similiter diviserunt. De hac enim sequitur exponens: *Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.* Cur autem de illa sortem miserunt narrans: *Dixerunt ergo, inquit, ad invicem:*

Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Apparet itaque in aliis vestibus aequales eos habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit: in illa vero una non eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur, ut pannos eius inutiliter tollerent; quod ne facerent, ad unum eam pervenire sortitione maluerunt. Huius evangelistae narrationi consonat etiam propheticum testimonium, quod et ipse continuo subiungens:

Ut scriptura, inquit, impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem. Non enim, ait, sortiti; sed, *partiti*: nec ait, sortientes partiti sunt; sed in caeteris vestimentis sortem omnino non nominans, postea dixit, *et in vestem meam miserunt sortem*, propter illam reliquam tunicam.

De qua re dicam quod ipse donaverit, cum prius eam quae oboriri potest, tanquam Evangelistae inter se discrepent, calumniam propulsavero, demonstrans nullius caeterorum verba narrationi Joannis esse contraria.

3. Matthaeus enim dicendo: *Diviserunt vestimenta eius, sortem mittentes*, ad totam divisionem vestimentorum voluit intellegi etiam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt; quia utique omnes vestes dividendo, in quibus et illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam quod ait Lucas: *Dividentes vestimenta eius, miserunt sortes*: dividentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sortitio, ut inter eos universa vestimentorum ejus divisio compleretur. Quid autem interest utrum dicatur: *Dividentes miserunt sortes*, quod ait Lucas; an: *Diviserunt, sortem mittentes*, quod ait Matthaeus: nisi quod Lucas dicendo *sortes*, pluralem pro singulari numero posuit; quae locutio Scripturis sanctis insolita non est: quamvis nonnulli codices *sortem* reperiantur habere, non *sortes*? Marcus itaque solus videtur aliquam intulisse quaestionem: dicendo enim: *Mittentes sortem super eis, quis quid tolleret*, tanquam super omnibus vestimentis, non super sola tunica sors missa sit, locutus videtur. Sed etiam hic brevitatis obscuritatem facit: sic enim dictum est: *Mittentes sortem super eis*, ac si diceretur: *Mittentes sortem cum dividerentur*: quod et factum est. Omnium quippe vestimentorum ejus divisio completa non esset, nisi sorte claruisset quis etiam illam tunicam tolleret, ut sic contentio dividendum finiretur, vel nulla potius oriretur.

Quod ergo ait: *Quis quid tolleret*, quandoquidem hoc sorti deputatur, non ad omnia quae divisa sunt vestimenta referendum est; sors enim missa est, quis illam tunicam tolleret: de qua quoniam narrare praetermisit qualis fuerit, et quemadmodum aequalibus factis partibus sola remanserit, quae ne conscinderetur, veniret in sortem; propterea positum est quod ait: *Quis quid tolleret*, id est, quis eam tolleret: tanquam si totum ita diceretur: *Diviserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis tunicam* quae partibus aequalibus superfuerat, tolleret.

⁴³ Gv 19, 23-24

⁴⁹ In questo inciso mi discosto dall'attuale traduzione NCEI per dare evidenza al discorso di Beda.

⁵⁰ Beda riferisce il pronome non a ciò che viene tirato a sorte ma al destinatario del sorteggio.

Quaerat forte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta divisio, et de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis Domini nostri Jesu Christi quadripartitam figuravit ejus Ecclesiam, toto, scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, omnibus eisdem partibus aequaliter, id est, concorditer, distributam.

Propter quod alibi dicit missurum se angelos suos, ut colligant electos ejus a quatuor ventis (*Marc. XIII*). Quod quid est, nisi a quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone, et Meridie? Tunica vero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae charitatis vinculo continetur. De chartiate autem locuturus Apostolus: *Supereminentiorem*, inquit, *vitam vobis demonstro* (*Ephes. IV*)⁴⁴. Et alio loco ait: *Cognoscere etiam supereminentem scientiae charitatem Christi* (*Ephes. III*)⁴⁵. Itemque alibi: *Super omnia autem haec, charitatem, quae est vinculum perfectionis* (*Coloss. III*)⁴⁶. Si ergo charitas et supereminentiorem habet viam, et supereminet scientiae, et super omnia praecepta est, merito vestis quae significatur, *desuper contexta* perhibetur: *inconsutilis* autem, ne aliquando dissuatur, et ad unum pervenit, quia in unum omnes colligit, sicut in apostolis, cum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est, quadripartitus *inter omnes*⁴⁷, et omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi* (*Matth. VI*). Et ei dicitur:

Tibi dabo claves regni coelorum (*Ibid.*); tanquam ligandi et solvendi solus acceperit potestatem, cum et illud unus pro omnibus dixerit, et hoc cum omnibus, tanquam personam gerens ipsius unitatis acceperit. Ideo unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus. Unde et hic cum dixisset *desuper contexta*, addidit *per totum*.

Quid si referamus ad id quod significat: nemo ejus est expers, qui pertinere invenitur ad totum a quo toto, sicut Graeca indicat lingua catholica vocatur Ecclesia? In sorte autem quid nisi Dei gratia commendata est? Sic quippe in uno ad omnes pervenit, cum sors omnibus placuit,

quia et Dei gratia in unitate ad omnes pervenit; et cum sors mittitur, non personae *cujusquam*, vel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur. Nec ideo ista, non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, non scilicet per eos, qui Christum secuti, sed qui sunt persecuti.

Quid enim de ipsa cruce dicturi sumus, quae certe similiter ab inimicis atque impiis Christo facta et impacta est? Et tamen ea significari recte intelligitur, quod ait Apostolus: *Quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum* (*Ephes. III*)⁴⁸.

Postremo quid est quod omnes noverunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur sive frontibus credentium, sive ipsi aquae ex qua regenerantur, sive oleo quo chrismate ununtur, sive sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt nihil boni significatur, quando per crucem Christi quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum ejus, bonum nobis omne signatur?

Forse qualcuno si chiederà cosa significhi la divisione delle vesti fatta in tot parti, e il sorteggio di quella tunica. La veste del nostro Signore Gesù Cristo, divisa in quattro parti, raffigura la sua Chiesa divisa in quattro parti, cioè diffusa in tutto il mondo, che consta di quattro parti, distribuita ugualmente, cioè concordemente, in tutte loro. Motivo per cui, altrove dice che invierà i suoi angeli per raccogliere gli eletti dai quattro venti (cfr Mc 13, 27). E questo cosa significa se non dalle quattro parti del mondo: Oriente, Occidente, Aquilone e Mezzogiorno? Quanto alla tunica tirata a sorte significa l'unità di tutte le parti, racchiusa nel vincolo della carità. E proprio della carità parlerà l'Apostolo: *Vi mostro*, dice, *la via ancor più sublime* (cfr 1Cor 12, 31). E in altro luogo dice: *e di conoscere l'amore di Cristo che supera ogni conoscenza* (Ef 3, 19). Parimenti altrove: *Ma sopra tutte queste cose [...] la carità, che le unisce in modo perfetto*. (Col 3, 14). Se dunque la carità ha la via più sublime, e supera ogni conoscenza, ed è al di sopra di tutti i precetti, giustamente la veste che la raffigura, viene specificata *tessuta da cima a fondo*; è poi *senza cuciture*, così che magari non si scucia, e perviene all'unità, perché raccoglie tutti in uno; così come fra gli apostoli, benché il numero fosse di dodici – cioè quadripartito fra tutti – e tutti fossero interrogati, il solo Pietro rispose: *«Tu sei il Cristo, il Figlio del Dio vivente»* (Mt 16, 16). E gli viene detto: *A te darò le chiavi del regno dei cieli* (ibid., 19); così come lui solo ricevette la potestà di legare e di sciogliere, avendo pure lui solo detto ciò a nome di tutti, parimenti ricevette con tutti di impersonare questa stessa unità. Quindi uno per tutti, perché l'unità è in tutti. Dunque anche qui, dopo aver detto *tessuta da cima a fondo*, aggiunge: *tutta d'un pezzo*. Se poi ci riferiamo a ciò che significa, non è forse che nessuno ne è privo, se è trovato appartenere al tutto, dal quale tutto – così come indica la lingua greca – la Chiesa prende il nome di "cattolica"? Alla sorte, poi, cosa se non la grazia di Dio è affidata? Così, davvero, in uno pervenne a tutti, dato che la sorte piacque a tutti, perché anche la grazia di Dio perviene a tutti nell'unità; e quando si tira a sorte non ci si affida al giudizio di una qualche persona, o ai meriti, ma a quello occulto di Dio. E non per questo qualcuno potrebbe dire che queste cose non significhino nulla di buono: perché sono state fatte da malvagi, non certo da chi ha seguito Cristo, ma dai persecutori. Cosa diremo infatti della stessa cruce, che certo similmente è stata fatta e inflitta a Cristo dai nemici e dagli empi? E tuttavia si comprende correttamente che essa raffigura ciò di cui parla l'Apostolo: *quale sia l'ampiezza, la lunghezza, l'altezza e la profondità* (Ef 3, 18).

E infine cos'è il segno di Cristo, che tutti conobbero, se non la cruce di Cristo? E se questo segno non viene posto sulla fronte dei credenti, o sull'acqua da cui sono rigenerati, o sull'olio con cui vengono unti per la cresima, o sul sacrificio con cui sono nutriti, nulla di ciò è compiuto convenientemente. Come, dunque, nulla di buono [può] essere significato da ciò che fanno i malvagi, quando, per mezzo della cruce di Cristo operata da malvagi, nella celebrazione dei suoi sacramenti ci è assegnato ogni bene?

Unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus.

4. Quaerat forte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta divisio, et de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis Domini Iesu Christi, quadripartitam figuravit eius Ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, et omnibus eisdem partibus aequaliter, id est concorditer distributam.

Propter quod alibi dicit missurum se Angelos suos, ut colligant electos eius a quatuor ventis: quod quid est, nisi a quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone et Meridie? Tunica vero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae caritatis vinculo continetur. De caritate autem locuturus Apostolus: *Supereminentem*, inquit, *viam vobis demonstro*: et alio loco ait:

Cognoscere etiam supereminentem scientiae caritatem Christi; itemque alibi: *Super omnia autem haec caritatem, quae est vinculum perfectionis*.

Si ergo caritas et supereminentiorem habet viam, et supereminet scientiae, et super omnia praecepta est; merito vestis qua significatur, *desuper contexta* perhibetur.

Inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur: et ad unum pervenit, quia in unum omnes colligit. Sicut in Apostolis cum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est quadripartitus *in ternos*, et omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; et ei dicitur:

Tibi dabo claves regni coelorum, tanquam ligandi et solvendi solus acceperit potestatem: cum et illud unus pro omnibus dixerit, et hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius unitatis acceperit: ideo unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus. Unde et hic cum dixisset, *desuper contexta*; addidit, *per totum*.

Quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expers qui pertinere invenitur ad totum: a quo toto, sicut graeca indicat lingua, catholica vocatur Ecclesia. In sorte autem quid, nisi Dei gratia commendata est? Sic quippe in uno ad omnes pervenit, cum sors omnibus placuit,

quia et Dei gratia in unitate ad omnes pervenit: et cum sors mittitur, non personae *cuiusque* vel meritis, sed occulto iudicio Dei ceditur. 5. Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, non scilicet per eos qui Christum secuti, sed qui sunt persecuti.

Quid enim de ipsa cruce dicturi sumus, quae certe similiter ab inimicis atque impiis Christo facta et impacta est? Et tamen ea significari recte intellegitur quod ait Apostolus: *Quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum*.

Lata est quippe in transverso ligno, quo extenduntur pendentis manus; et significat opera bona, in latitudine caritatis: longa est a transverso ligno usque ad terram, ubi dorsum pedesque figuntur; et significat perseverantiam in longitudine temporis usque in finem: alta est in cacumine, quo transversum lignum sursum versus exceditur; et significat supernum finem, quo cuncta opera referuntur; quoniam cuncta quae latitudine ac longitudine bene ac perseveranter fiunt, propter altitudinem divinorum facienda sunt praemiorum: profunda est in ea parte qua in terra figitur; ibi quippe et occulta est, nec videri potest, sed cuncta eius apparentia et eminentia inde consurgunt; sicut bona nostra de profunditate gratiae Dei, quae comprehendere ac diiudicare non potest, universa procedunt. Sed etsi crux Christi hoc solum significet quod ait Apostolus: *Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis*, quam magnum bonum est? Nec tamen facit hoc, nisi concupiscens adversus carnem spiritus bonus, cum illam crucem Christi fecerit inimicus, id est spiritus malus.

Postremo quid est, quod omnes noverunt: Signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur sive frontibus credentium, sive ipsi aquae ex qua regenerantur, sive oleo quo chrismate ununtur, sive sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur; quando per crucem Christi, quam fecerunt mali, in celebratione Sacramentorum ejus bonum nobis omne signatur?

⁴⁴ In realtà la citazione testuale è preferibilmente accostabile a 1Cor 12, 31: “Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.”; Sabatier in nota: “Augustinus tract. 6. & 32. in Joh. to. 3. col. 339. b. 529. b. & l. de grat. & lib. arb. to. 10. col. 736. a. *Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro*: itidemque tr. 9. col. 363. detracta vocula *Adhuc*: tract. vero 118. col. 800. f. *Supereminentem viam vobis demonstro*.”. Rimane un refuso *viam/viam*, che viene confermato come tale subito di seguito, quando Beda ritorna sulla citazione parlando di via. Va peraltro notato che la notazione di Ef 4è assolutamente pertinente, soprattutto riferita ai vv. 11-16 in cui Paolo parla dell'unità del corpo di Cristo nella carità, da realizzarsi nella nostra vita.

⁴⁵ Ef 3, 19 Vulg.: “scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi”; VL: “cognoscere quoque supereminentiam scientiae, caritatem Christi,”; Sabatier in nota: “Augustinus l. de mor. Eccl. to. I. col. 700. a. & ep. 147. to. 2. col. 487. f. & l. I. de Gen. Ad litt. to. 3. p. 1. col. 121. d. & tract. 96. & 118. in Joh. p. 2. col. 736. b. 800. f. *cognoscere etiam supereminentem scientia caritatem Christi, ...*”.

⁴⁶ Vulg.: “Super omnia autem haec, caritatem habete, quod est vinculum perfectionis”.

⁴⁷ Si tratta, con buona probabilità, di un ulteriore refuso in quanto questa variante non sembra essere molto perspicua, né capace di modificare il senso complessivo.

⁴⁸ Vulg.: “quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum”; VL: “Quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum”-

Sed haec hactenus: quae autem sequuntur, alias, ut Deus opitulabitur, disserendo videbimus.

TRACTATUS CXIX

Stabant iuxta crucem Iesu, mater eius... (Io 19, 24-30).

Lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis.

1. Crucifixo Domino, posteaquam divisio vestimentorum eius etiam sorte missa completa est, quae deinde narret Ioannes evangelista videamus.

"Et milites quidem," inquit, *haec fecerunt.*

Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, et soror matris eius Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Haec nimirum est illa hora de qua Iesus aquam conversurus in vinum, dixerat matri:

Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea.

Hanc itaque horam praedixerat quae tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus, non divinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat:

nunc autem humana iam patiens,

ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano.

Tunc enim qui Mariam creaverat, innotescebat virtute: nunc vero quod Maria pepererat, pendebat in cruce.

2. Moralis igitur insinuat^{ur} locus. Facit quod faciendum admonet, et exemplo suo suos instruxit praeceptor bonus, ut a filiis piis impendatur cura parentibus: tamquam lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis.

Ex hac **sana** doctrina didicerat Paulus apostolus quod docebat, quando dicebat:

Si quis autem suis, et maxime domesticis non providet, fidem negavit, et est infideli deterior.

Quid autem tam cuique domesticum quam parentes filiis, aut parentibus filii? Huius itaque saluberrimi praecepti ipse magister sanctorum de seipso constitebat exemplum, quando non ut famulae Deus quam creaverat et regebat, sed ut matri homo de qua creatus fuerat et quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat. Nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat: ait enim Evangelista: *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua,* de seipso dicens. Sic quippe commemorare se solet, quod eum diligebat Iesus: qui utique omnes, sed ipsum prae caeteris et familiarius diligebat, ita ut in convivio super pectus suum discumbere faceret; credo ut istius Evangelii, quod per eum fuerat praedicaturus, divinam excellentiam hoc modo altius commendaret.

Suscepit eam in sua, non praedia, sed officia.

3. Sed in quae sua Ioannes matrem Domini accepit? Neque enim non ex eis erat qui dixerunt ei: *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te.*

Sed ibi quoque audierat: Quicumque ista dimiserit propter me, accipiet in hoc saeculo centies tantum.

Habebat ergo ille discipulus centupliciter plura quam dimiserat, in quae susciperet eius matrem qui illa donaverat. Sed in ea societate beatus Ioannes receperat centuplum, ubi nemo dicebat aliquid suum, sed erant illis omnia communia; sicut in Apostolorum Actibus scriptum est. Sic enim Apostoli erant, *quasi nihil habentes, et omnia possidentes.*

Quomodo ergo matrem magistri et Domini sui discipulus et famulus accepit in sua, ubi aliquid suum nemo dicebat? An quia paulo post in eodem libro legitur: *Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, et ponebant ad pedes Apostolorum:*

distribuebatur autem unicuique prout opus erat, intellegendum est sic distributum fuisse huic discipulo quod opus erat,

ut illic etiam beatae Mariae tamquam matris eius portio poneretur; magisque sic

E i soldati, disse, *fecero così.*

Stavano presso la croce di Gesù sua madre, la sorella di sua madre, Maria madre di Clèopa e Maria di Màgdala. Gesù allora, vedendo la madre e accanto a lei il discepolo che egli amava, disse alla madre: «Donna, ecco tuo figlio!». Poi disse al discepolo: «Ecco tua madre!». E da quell’ora il discepolo l’accolse con sé. Questa senza dubbio è quell’ora della quale Gesù, nel momento di mutare l’acqua in vino, aveva detto alla madre: *«Donna, che vuoi da me? Non è ancora giunta la mia ora»* (Gv 2, 4). Egli aveva dunque predetto quest’ora, che allora non era ancora giunta, e nella quale, morendo, avrebbe dovuto riconoscere colei dalla quale era nato come mortale. Dunque quella volta, quando stava per compiere cose divine, allontanava come una sconosciuta la madre, non della divinità, ma della debolezza; ora, al contrario, soffrendo già realtà umane, raccomandava con affetto umano colei dalla quale era stato fatto uomo. Allora infatti colui che aveva creato Maria, si faceva conoscere nella potenza; ora invece colui che Maria aveva partorito, pendeva dalla croce.

Viene dunque insinuata una considerazione morale. Egli fa ciò che invita a fare. Il buon Precettore col suo esempio insegna che ai figli pii compete la cura dei genitori; e così quel legno su cui erano confitte le membra del morente, fu anche cattedra del Maestro che insegna. Da questa sua dottrina l’apostolo Paolo aveva appreso ciò che insegnava quando diceva: *Se poi qualcuno non si prende cura dei suoi cari, soprattutto di quelli della sua famiglia, costui ha rinnegato la fede ed è peggiore di un infedele.* (1Tim 5, 8). Cosa è più di casa per ciascuno che i genitori per i figli, o i figli per i genitori? Il maestro stesso dei santi si fece personalmente esempio di questo saluberrimo precetto, quando, non come Dio di una serva che aveva creato e governava, ma come uomo di una madre da cui era stato creato, e che lasciava, le provvide in qualche modo un altro figlio. Infatti perché lo abbia fatto, lo spiega ciò che segue. Dice difatti l’evangelista: *E da quell’ora il discepolo l’accolse con sé,* parlando di se stesso; così di certo è solito parlare di sé: che Gesù amava lui, come del resto tutti, ma amava lui sopra gli altri e con più familiarità, tanto da fargli poggiare la testa sul suo petto durante la cena. Credo, allo scopo di raccomandare in questo modo con più efficacia la divina eccellenza di questo Vangelo, che stava per predicare per il suo tramite.

Ma in che senso Giovanni prese con sé la madre del Signore? Era fra coloro che gli avevano detto: *Ecco, noi abbiamo lasciato tutto e ti abbiamo seguito* (Mt 19, 27); ma in quell’occasione aveva anche udito: chiunque abbia lasciato queste cose per me, riceverà in questo stesso mondo, cento volte tanto (cf. Mt 19, 29-30). Quel discepolo pertanto conseguiva il centuplo di quello che aveva lasciato, fra cui l’accogliere la madre di colui che quel [centuplo] aveva donato. Ma il beato Giovanni aveva ricevuto il centuplo in quella società, nella quale *nessuno considerava sua proprietà quello che gli apparteneva, ma fra loro tutto era comune*; come appunto è scritto negli Atti degli Apostoli (At 4, 32). Così infatti gli Apostoli erano *come gente che non ha nulla e invece possediamo tutto* (2Cor 6, 10),

poi veniva distribuito a ciascuno secondo il suo bisogno (At 4, 35). Da cui si può arguire che in tal modo a questo discepolo venne distribuito quanto conveniva perché vi fosse riposta anche la porzione della beata Maria, considerata come sua madre.

Et milites quidem, inquit, *haec fecerunt.*

*Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus; deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua*⁵¹. Haec nimirum est illa hora de qua Iesus aquam conversurus in vinum dixerat matri:

Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea (Joan. II).

Hanc itaque horam praedixerat, quae tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere moriturus de qua fuerat mortalis natus. Tunc ergo divina facturus, non divinitatis, sed infirmitatis, matrem velut incognitam repellebat;

nunc autem humana jam patiens,

ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano.

Tunc enim qui Mariam creaverat innotescebat virtute; nunc vero quod Maria pepererat pendebat in cruce.

Moralis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendum admonet. Exemplo suo instruit Praeceptor bonus, ut a filiis piis impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

Ex hac doctrina **sua** didicerat Paulus apostolus, quod docebat quando dicebat:

Si quis autem suis, et maxime domesticis non providet, fidem negat, et est infideli deterior (I Tim. V)⁵².

Quid autem cuique tam domesticum quam parentes filiis, aut parentibus filii? Hujus itaque saluberrimi praecepti, ipse magister sanctorum, de seipso constitebat exemplum, quando non ut famulae Deus, quam creaverat et regebat, sed ut matri homo de qua creatus fuerat, et quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat. Nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat. Ait enim evangelista: *Ex illa hora accepit eam discipulus in sua,* de seipso dicens; sic quippe de se commemorare solet, quod eum diligebat Iesus, qui utique omnes, sed ipsum prae caeteris et familiarius diligebat, ita ut in convivio super pectus suum discumbere faceret⁵³. Credo ut istius Evangelii, quod per eum fuerat praedicaturus, divinam excellentiam hoc modo altius commendaret.

Sed in quae sua Ioannes matrem Domini accepit? Neque enim non ex eis erat qui dixerant ei: *Ecce nos dimisimus omnia,et secuti sumus te;*

sed ibi quoque audierat: *Quicumque ista dimiserit propter me, accipiet in hoc saeculo centies tantum* (Matth. XIX).

Habebat ergo ille discipulus centupliciter plura quam dimiserat, in quae susciperet ejus matrem qui illa donaverat. Sed in ea societate beatus Ioannes perceperat centuplum, ubi *nemo dicebat aliquid suum, sed erant illis omnia communia*, sicut in Actibus apostolorum scriptum est (Act. II)⁵⁴. Sic enim apostoli erant *quasi nihil habentes, et omnia possidentes* (II Cor. VI),

Quomodo ergo matrem magistri et Domini sui discipulus et famulus accepit in sua, ubi aliquid suum nemo dicebat? An quia paulo post in eodem libro legitur: Quotquot enim possessores praediorum vel domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, et ponebant ad pedes Apostolorum:

distribuebatur unicuique prout cuique opus erat, intellegendum est sic distributum fuisse huic discipulo quod opus erat,

ut illic etiam beatae Mariae tamquam matris ejus portio poneretur; magisque sic

^[1] Gv 19, 24-27

^[2] Vulg: “Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.”; Sabatier in nota: “August.: ep. 243. to. 2. col. 871. f. Si quis enim suis, & maxime domesticis non provides, fidem negavit, & est infideli deterior: similiter tract. 119. in Joh. to. 3. col. 802. c. posito autem, pro enim: epist. vero 262. col. 891. b. & l. 19. de civit. Dei, c. 14. to. 7. col. 559, d. Quisquis autem suis, & maxime domesticis non providet, fidem denegat, & est, &c. ut sup.

^[3] cfr Gv 13, 23

^[4] Cfr At 2, 44-45; in realtà la citazione testuale è di At 4, 32: “aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.”

^[5] Vedi nota precedente; la citazione testuale è di At 2, 35: “Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.”

debemus accipere quod dictum est: *Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua*, ut ad ejus curam quidquid ei esset necessarium, pertineret. Suscepit ergo eam in sua, non praedia, quae nulla proprie possidebat, sed officia, quae propria dispensatione exsequenda curabat. Deinde subiungit:

*Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum*⁵⁶. Quis potest quae facit, ita disponere, quomodo disposuit homo iste qui passus est? Sed homo Mediator Dei et hominum, homo de quo praedictum legitur: *Et homo est, et quis agnoscit eum?*⁵⁷ quoniam omnes per quos haec fiebant, non agnoscebant hominem Deum. Homo namque apparebat, qui Deus latebat. Patiebatur haec omnia qui apparebat, et idem ipse disponebat haec omnia, qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia quae oportebat ut fierent antequam acciperet acetum, et traderet spiritum.

Atque ut hoc etiam consummaretur quod Scriptura praedixerat: *Et in siti mea potaverunt me aceto* (Psal. LXIII). *Sitio*, inquit, tanquam diceret: Hoc minus fecistis, date quod estis. Iudaei quippe ipsi erant degenerantes a vino patriarcharum et prophetarum, et tanquam de pleno vase iniquitate mundi hujus impleti, cor habentes velut spongiam cavernosis quodammodo atque tortuosis latibulis fraudulentum.

Hyssopo autem circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, et pectus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus, quam circumdederunt, et se circumvenisse putaverunt. Unde est illud in psalmo **quingentesimo**: *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor*⁵⁸.

Christi namque humililate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum, *factus obediens usque ad mortem crucis* (Philipp. II)⁵⁹, non utique sanguis ejus in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus.

Nec moveat quomodo spongiam ori ejus potuerint admovere, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios evangelistas legitur (quod hic praetermisit) in arundine est factum (Matth. XXVII; Marc. XV), ut in spongia talis potus ad crucis sublimia levaretur. Per arundinem vero Scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur, vel Graeca, vel Latina, vel alia quaelibet, sonus significans qui lingua promitur, sic arundo dici potest littera quae arundine scribitur. Sed sonos significantis vocis humanae usitatissime dicimus linguas;

Scripturarum vero arundinem dici, quo minus est usitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat quid facere nesciebat. Qui patiebatur autem, non solum quid fieret, et cur fieret, sciebat, verum etiam de male facientibus bene ipse faciebat.

Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit, Consummatum est (Joan. X)⁶⁰. Quid, nisi quod prophetia tanto ante praedixerat? Deinde, quia nihil remanserat quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tanquam ille qui potestatem haberet *ponendi animam suam, et iterum sumendi eam*⁶¹, peractis omnibus quae ut peragerentur expectabat, *inclinato capite, tradidit spiritum*⁶². Quis ita dormit quando voluerit, sicut Christus mortuus est quando voluit?

Quis ita cum voluerit abit, quomodo cum voluit abiit? Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis?

Tacet autem Joannes verba quae dixit tradendo spiritum: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*⁶³. Et dicit *spiritum*, quia spiritus nomen est rei ita incorporeae, quod etiam independens est a corpore, juxta id quod superius dictum est: *Spiritus est Deus*⁶⁴.

Proprio così dobbiamo recepire quanto detto: *E da quell'ora il discepolo l'accorse con sé*, cioè che competesse alle sue cure tutto quanto le fosse necessario. Egli dunque la prese con sé, non nei suoi poderi, perché non possedeva nulla di proprio, ma tra gli impegni, che curava di eseguire con la propria partizione.

Quindi soggiunge:

Dopo questo, Gesù, sapendo che ormai tutto era compiuto, affinché si compisse la Scrittura, disse: «Ho sete». Vi era lì un vaso pieno di aceto; posero perciò una spugna, imbevuta di aceto, in cima a una canna e gliela accostarono alla bocca. Dopo aver preso l'aceto, Gesù disse: «È compiuto!». E, chinato il capo, consegnò lo spirito. Chi può disporre di ciò che fa, così come quest'uomo ne dispose nella passione? Ma è uomo Mediatore tra Dio e gli uomini, uomo del quale si legge la profezia: *Ed è un uomo, e chi lo riconosce?*, perché tutti coloro da cui venivano fatte queste cose, non riconoscevano l'uomo Dio. E infatti appariva uomo, colui che rimaneva nascosto [come] Dio. Pativa tutte queste cose colui che appariva, e parimenti questo stesso, che rimaneva nascosto, disponeva tutte queste cose. Vide dunque che era compiuto tutto ciò che doveva accadere prima che prendesse l'aceto e rendesse lo spirito. E affinché si compisse anche la Scrittura che aveva predetto: *e quando avevo sete mi hanno dato aceto* (Sal 68, 22). *Ho sete*, disse; come a dire: Non avete fatto nemmeno questo, date ciò che siete. I Giudei stessi senza dubbio avevano degenerato dal vino dei patriarchi e dei profeti, ed erano ricolmi dell'iniquità di questo mondo come da vaso colmo; col cuore fraudolento, in un certo modo come spugna piena di nascondigli cavernosi e tortuosi. Posero dunque la spugna piena d'aceto su dell'issopo, perché è umile arbusto, e purga il petto: di Cristo stesso abbiamo convenientemente colto l'umiltà, che essi insidiarono e credettero di aver sopraffatto. Motivo per cui troviamo ciò nel **cinquantesimo** salmo: *Aspergimi, Signore, con rami d'issopo e sarò puro*. Noi siamo infatti purificati dall'umiltà di Cristo, perché se non si fosse umiliato *facendosi obbediente fino alla morte di croce*. (cfr Fil 2, 8), il suo sangue non sarebbe stato di conseguenza versato per la remissione dei peccati, cioè per la nostra purificazione.

E non ci sorprenda il fatto che abbiano potuto accostare la spugna alla bocca di chi era stato elevato sulla croce da terra. Come infatti si legge dagli altri evangelisti (e che qui è stato omissso) si ricorse ad una canna (cf. Mt 27, 48; Mc 15, 36), per innalzare in cima alla croce quella bevanda nella spugna. Con la canna era significata la Scrittura, che si adempiva con quel gesto. Come infatti si dice “lingua”, o greca, o latina, o qualsiasi altra, volendo indicare il suono che si ottiene con la lingua, così si può dire "canna" (penna) la lettera che viene scritta con la canna. Ora, noi chiamiamo molto comunemente “lingue” i suoni della voce umana aventi significato; tuttavia che si parli di “canna” per le Scritture, tanto più assume valenza mistica in quanto è più inusitato. Un popolo empio commetteva queste cose, Cristo misericordioso le pativa. Chi [le] faceva non sapeva cosa faceva. Invece lui che pativa, non solo sapeva cosa veniva fatto e perché fosse fatto, ma invero egli traeva il bene da coloro che facevano il male.

Dopo aver preso l'aceto, Gesù disse: «È compiuto!» (Gv 19, 30). Cosa, se non ciò che la profezia aveva predetto tanto prima? Poi, siccome non rimaneva nulla di ciò che ancora si dovesse compiere prima che morisse, come chi abbia il potere *di dare la sua vita e di riprenderla di nuovo*, compiutosi tutto ciò che aspettava si compisse, *chinato il capo, consegnò lo spirito*. Chi si addormenta quando lo voglia, così come Gesù è morto quando ha voluto?

Chi se ne va quando vuole, così come se ne andò quando lo volle? Quanta potestà dobbiamo sperare o temere in lui che giudica, se tanto forte apparve in lui che moriva? Peraltro Giovanni tace le parole che disse consegnando lo spirito: *«Padre, nelle tue mani consegno il mio spirito»*. E dice *spirito*, perché spirito è nome di cosa così incorporea da essere anche indipendente dal corpo, secondo quanto è detto più sopra: *Dio è spirito*.

debemus accipere quod dictum est: *Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua*, ut ad eius curam quidquid ei esset necessarium pertineret? Suscepit ergo eam in sua, non praedia, quae nulla propria possidebat; sed officia, sed propria dispensatione exsequenda curabat.

4. Deinde subiungit:

Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum; illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Quis potest quae facit, ita disponere, quomodo disposuit homo iste quae passus est? Sed homo mediator Dei et hominum; homo de quo praedictum legitur: Et homo est, et quis agnoscet eum?

quoniam homines per quos haec fiebant, non agnoscebant hominem Deum. Homo namque apparebat qui Deus latebat; patiebatur haec omnia qui apparebat,

et idem ipse disponebat haec omnia

qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia quae oportebat ut fierent antequam acciperet acetum et traderet spiritum;

atque ut hoc etiam consummaretur quod Scriptura praedixerat: *Et in siti mea potaverunt me aceto: Sitio*, inquit; tamquam diceret: Hoc minus fecistis,

date quod estis. Iudaei quippe ipsi erant **acetum**, degenerantes a vino Patriarcharum et Prophetarum; et tamquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut spongiam, cavernosis quodammodo atque tortuosis latibulis fraudulentum. **Hyssopum** autem cui circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, et pectus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus: quam circumdederunt, et se circumvenisse putaverunt. Unde est illud in psalmo: *Asperges me hyssopo, et mundabor*.

Christi namque humilitate mundamur; quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens usque ad mortem crucis, non utique sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus.

5. Nec moveat quomodo spongia ori eius potuerit admoveri, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios evangelistas legitur,

quod hic praetermisit, in arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia levaretur. Per arundinem vero Scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur vel graeca vel latina,

vel alia quaelibet sonum significans, qui lingua promitur;

sic arundo dici potest littera, quae arundine scribitur. Sed sonos significantes vocis humanae usitatissime dicimus linguas:

Scripturam vero arundinem dici, quo minus est usitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat: qui patiebatur autem, non solum quid fieret et cur fieret sciebat, verum etiam de male facientibus bene ipse faciebat.

6. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.* Quid, nisi quod prophetia tanto ante praedixerat? Deinde quia nihil remanserat quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tamquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, et iterum sumendi eam, peractis omnibus quae ut peragerentur expectabat: *Inclinato capite tradidit spiritum*. Quis ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit?

Quis ita vestem ponit quando voluerit, sicut se carne exiit quando voluit?

Quis ita cum voluerit abit, quomodo cum voluit obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis?

⁵⁶ Gv 19, 28-30

⁵⁷ Ger 17, 9 VL: “Grave cor per omnia: & homo est, & quis agnoscet eum?”; Vulg: “Pravum est cor omnium, et inscrutabile: quis cognoscet illud?”.

⁵⁸ Sal 50, 9

⁵⁹ Vulg.: “Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.”

⁶⁰ In realtà Gv 19, 30

⁶¹ Cfr Gv 10, 17-18: “quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. 18 Nemo tollit eam a me : sed ego pono eam a meipso, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.”

⁶² Gv 19, 30

⁶³ Lc 23, 46

⁶⁴ Gv 4, 24

*Judaei ergo, inquit, quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur*⁶⁵. Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur, ut morerentur et auferrentur ex ligno, ne pendentibus in crucibus, magnum diem festum sui diuturni cruciatus horrore foedarent.

*Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua*⁶⁶. Vigilanti verbo evangelista usus est, ut non diceret: Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed *aperuit*, ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quae vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum. Haec et lavacrum praestat, et potum. Hoc praenuntiabat quod Noe in latere arcae ostium facere jussus est⁶⁷, quia intrarent animalia quae non erant diluvio peritura, quibus praefigurabatur Ecclesia. Propter hoc, prima mulier facta est de viri latere dormientis⁶⁸, et appellata est vita, materque vivorum⁶⁹. Magnum quippe significavit bonum ante magnum praevaricationis malum. Et hic secundus Adam inclinato capite, in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quae de latere dormientis effluxit. O mors, unde mortui reviviscunt. Quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius?

*Et qui vidit, inquit, testimonium perhibuit; et verum est ejus testimonium; et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis*⁷⁰. Non dixit: Ut et vos sciatis, sed *ut credatis*. Scit enim qui vidit, cujus credat testimonio qui non vidit. Magis autem ad fidem credere pertinet, quam videre. Nam quid est aliud credere, quam fidem accommodare?

*Facta sunt enim haec, inquit, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem confixerunt*⁷¹. Duo testimonia de Scripturis reddidit singulis rebus quas factas fuisse narravit. Nam quia dixerat: *Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt ejus crura*, ad hoc pertinet testimonium: *Os non comminuetis ex eo (Exod. XII)*, quod praeceptum est eis qui celebrare pascha jussi sunt ovis immolatione in veteri lege, quae doinicae passionis umbra praecesserat; unde *Pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. V)*; de quo et Isaias propheta praedixerat: *Sicut ovis ad immolandum ductus est (Isai. LIII)*. Item quia subjunxerat: *Unus militum lancea latus ejus aperuit*, ad hoc pertinet alterum testimonium: *Videbunt in quem confixerunt (Zach. XII)*, ubi promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne venturus.

Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Jesu,

Era il giorno della Parasceve – dice – e i Giudei, perché i corpi non rimanessero sulla croce durante il sabato – era infatti un giorno solenne quel sabato –, chiesero a Pilato che fossero spezzate loro le gambe e fossero portati via. Non le gambe fossero portate via, ma coloro cui appunto venivano spezzate, affinché morissero e fossero tolti dal legno; perché, pendendo sulle croci, non sozzassero coll’orrore del loro prolungato supplizio il gran giorno di festa.

*Vennero dunque i soldati e spezzarono le gambe all’uno e all’altro che erano stati crocifissi insieme con lui. Venuti però da Gesù, vedendo che era già morto, non gli spezzarono le gambe, ma uno dei soldati con una lancia gli aprì⁷⁶ il fianco, e subito ne uscì sangue e acqua. L’evangelista ha usato un verbo significativo, poiché non ha detto: Colpì, o ferì il suo fianco, o qualcosa d’altro, ma *aprì*, perché là in qualche modo si spalancasse la porta della vita, donde sgorgarono i sacramenti della Chiesa, senza i quali non si entra alla vita che è vera vita. Quel sangue è stato versato in remissione dei peccati. Quell’acqua tempera il calice di salvezza. Essa procura lavacro e bevanda. Preannunciava ciò quella porta che Noè ebbe ordine di fare nel fianco dell’arca, perché entrassero gli esseri viventi che non dovevano perire nel diluvio, e dai quali era prefigurata la Chiesa. Per questo, la prima donna fu fatta dal fianco dell’uomo che dormiva, e fu chiamata vita e madre dei vivi. [E questo] annunciò davvero un grande bene, prima del grande male della prevaricazione. E qui il secondo Adamo, chinato il capo, si addormentò sulla croce, perché così gli venisse formata la coniuge, che sgorgò dal fianco del dormiente. O morte, da cui i morti riprendono vita. Cosa di più puro di questo sangue? Cosa di più salutare di questa ferita?*

Chi ha visto, dice, ne dà testimonianza e la sua testimonianza è vera; egli sa che dice il vero, perché anche voi crediate. Non disse: Affinché anche voi sappiate, ma: affinché crediate. Sa, infatti, chi ha visto, e alla sua testimonianza creda chi non ha visto. Peraltro alla fede appartiene più il credere, che il vedere. Infatti, che altro è il credere se non prestar fede?

*Questo infatti avvenne, dice, perché si compisse la Scrittura: Non gli sarà spezzato alcun osso. E un altro passo della Scrittura dice ancora: Volgeranno lo sguardo a colui che hanno trafitto. Cita due testimonianze della Scrittura, per ciascuna delle cose che ha narrato furono fatte. Infatti poiché aveva detto: *Venuti però da Gesù, vedendo che era già morto, non gli spezzarono le gambe*, a ciò si riferisce la testimonianza: *Non gli sarà spezzato alcun osso (Es 12, 46)*; il che è prescritto a quelli che nell’antica legge hanno l’ordine di celebrare la pasqua con l’immolazione di un agnello, che, come ombra, aveva preceduto la passione del Signore. Per cui *Cristo, nostra Pasqua, è stato immolato (1Cor 5, 7)*; di ciò anche il profeta Isaias aveva predetto: *era come agnello condotto al macello (Is 53, 7)*. Parimenti poiché aveva detto: *Uno dei soldati con una lancia gli aprì il fianco*, a ciò si riferisce l’altra testimonianza: *Volgeranno lo sguardo a colui che hanno trafitto (Zc 12, 10)*, dove è promesso Cristo che verrà in quella carne in cui è stato crocifisso.*

Dopo questi fatti Giuseppe di Arimatea, che era discepolo di Gesù, chiese a Pilato

TRACTATUS CXX

Unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua (Io 19, 31-20, 9).

Latus eius aperuit, ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quae vera vita est, non intratur. O mors unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius?

1. Posteaquam Dominus Iesus, peractis omnibus quae ante suam mortem peragi oportere praesciebat, quando voluit tradidit spiritum, quae deinde secuta sunt, Evangelista narrante videamus.

Iudaei ergo, inquit, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati), rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur ut morerentur, et auferrentur ex ligno; ne pendentibus in crucibus magnum diem festum sui diurni cruciatus horrore foedarent.

Vigilanti verbo evangelista usus est.

2. *Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.* Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret: Latus eius percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed, *aperuit*: ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiae manaverunt, sine quibus ad vitam quae vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum; haec et lavacrum praestat, et potum.

Hoc praenuntiabat quod Noe in latere arcae ostium facere iussus est, quia intrarent animalia quae non erant diluvio peritura, quibus praefigurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est vita materque vivorum. Magnum quippe significavit bonum, ante magnum praevaricationis malum. Hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormivit, ut inde formaretur ei coniux, quod de latere dormientis effluxit. O mors unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius?

3. *Et qui vidit, inquit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium eius: et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis.* Non dixit, ut et vos sciatis; sed *ut credatis*: scit enim qui vidit, cuius credat testimonio qui non vidit. Magis autem ad fidem credere pertinet quam videre. Nam quid est aliud credere, quam fidem accommodare?

Facta sunt enim haec, inquit, ut Scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo.

Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem confixerunt.

Duo testimonia de Scripturis reddidit singulis rebus quas factas fuisse narravit. Nam quia dixerat: *Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura*, ad hoc pertinet testimonium: *Os non comminuetis ex eo*: quod praeceptum est eis qui celebrare Pascha iussi sunt ovis immolatione in veteri Lege, quae Dominicae passionis umbra praecesserat.

Unde *Pascha nostrum immolatus est Christus*:

de quo et Isaias propheta praedixerat: *Sicut ovis ad immolandum ductus est.*

Item quia subiunxerat dicens: *Sed unus militum lancea latus eius aperuit*;

ad hoc pertinet alterum testimonium: *Videbunt in quem confixerunt*:

ubi promissus est Christus, in ea qua crucifixus est carne venturus.

4. *Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudaeorum),*

⁶⁵ Gv 19, 31

⁶⁶ Gv 19, 32-34

⁶⁷ cfr Gn 6, 16

⁶⁸ cfr Gn 2, 22

⁶⁹ cfr Gn 3, 20

⁷⁰ Gv 19, 35

⁷¹ Gv 19, 36-37

⁷⁶ NCEI qui recita “colpi”, ma il prosiegno delle considerazioni di Beda impone di tradurre con “apri”.

ut tolleret corpus Jesu.

*Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens misturam myrrhae et aloes quasi libras centum*⁷². Non ita distinguendum est ut dicamus: Primum ferens misturam myrrhae, seu ut quod dictum est, *primum*, ad superiorem sensum pertineat. *Venerat enim ad Jesum Nicodemus nocte primum*, quod idem Joannes narravit ipse in prioribus Evangelii sui partibus (*Joan.* III). Hic ergo intelligendum est ad Jesum non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum; ventitasse autem postea, ut fieret audiendo discipulus, quod certe modo in revelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus gentibus declaratur.

*Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos Judaeis est sepelire*⁷³. Non mihi videtur evangelista frustra dicere voluisse, *sicut mos Judaeis est sepelire*. Ita quippe, nisi fallor, admonuit in hujusmodi officiis, quae mortuis exhibentur, *mortem* cuiusque gentis esse servandam.

*Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat*⁷⁴. Sicut in Mariae virginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est, ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est.

*Ibi ergo propter Parasceven Judaeorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum*⁷⁵. Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, quando iam propter Parasceven, quam coenam puram Judaei Latine usitatius apud nos vocant, facere tale aliquis non licebat.

di prendere il corpo di Gesù.

Vi andò anche Nicodèmo – quello che in precedenza era andato da lui di notte – e portò circa trenta chili di una mistura di mirra e di àloe. [La frase] non va suddivisa così da dire⁷⁷: Portando per prima cosa una miscela di mirra, ma piuttosto, come si è detto, *primum* pertiene al periodo precedente. *Nicodemo andò*, infatti, *in precedenza da Gesù*, come lo stesso Giovanni narrò nei primi capitoli del suo Vangelo (cfr Gv 3, 1-2). Da questo possiamo arguire che Nicodemo non andò da Gesù solo allora, ma che allora andò per la prima volta; che lo abbia anche in seguito frequentato, così da diventare discepolo ascoltando, il che è ora⁷⁸ con certezza dichiarato a quasi tutte le genti dalla scoperta del corpo del beatissimo Stefano.

Essi presero allora il corpo di Gesù e lo avvolsero con teli, insieme ad aromi, come usano fare i Giudei per preparare la sepoltura. Non mi sembra che l'evangelista abbia voluto dire inutilmente, *come usano fare i Giudei per preparare la sepoltura*. Così di certo, se non sbaglio, ha avvertito che nei servizi di questo genere, che vengono prestati ai morti, si deve rispettare la morte⁷⁹ di ogni popolazione.

Ora, nel luogo dove era stato crocifisso, vi era un giardino e nel giardino un sepolcro nuovo, nel quale nessuno era stato ancora posto. Come nell'utero di Maria vergine nessuno prima di lui, nessuno dopo di lui fu concepito, così in questo sepolcro nessuno prima di lui, nessuno dopo di lui fu sepolto.

*Là dunque, poiché era il giorno della Parasceve*⁸⁰ *dei Giudei e dato che il sepolcro era vicino, posero Gesù.* Vuole far capire che la sepoltura fu affrettata perché non sopraggiungesse il vespero, quando ormai, a causa della Parasceve, che i Giudei da noi di solito chiamano in latino "cena pura", non era consentito ad alcuno fare tali cose.

ut tolleret corpus Jesu:

et permisit Pilatus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu.

Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhae et aloes quasi libras centum. Non ita distinguendum est, ut dicamus, *primum ferens mixturam myrrhae*; sed ut quod dictum est, *primum*, ad superiorem sensum pertineat. *Venerat enim Nicodemus ad Iesum nocte primum*, quod idem Ioannes narravit in prioribus Evangelii sui partibus. Hic ergo intellegendum est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum; ventitasse autem postea ut fieret audiendo discipulus: quod certe modo in revelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus gentibus declaratur.

Acceperunt ergo corpus Jesu, et ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. Non mihi videtur Evangelista frustra dicere voluisse, *sicut mos est Iudaeis sepelire*: ita quippe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officiis quae mortuis exhibentur, *morem* cuiusque gentis esse servandum.

5. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Sicut in Mariae virginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est; ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est.

Ibi ergo propter parasceven Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum. Acceleratam vult intellegi sepulturam, ne advesperasceret; quando iam propter parasceven, quam coenam puram Iudaei latine usitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

SEQUITUR

⁷² Gv 19, 38-39 passim

⁷³ Gv 19, 40

⁷⁴ Gv 19, 41

⁷⁵ Gv 19, 42; ho indicato fra [] la "s" di Parasceven perché manca nel l'edizione Migne, che tuttavia nella frase successiva la riporta, indicando così che si tratta di refuso.

⁷⁷ Questa precisazione sintattica si comprende se si tiene presente che le interpunzioni sono state inserite tardi nei testi. Agostino, e con lui Beda, erano al cospetto di un passo privo di segni diacritici che poteva essere interpretato in modi differenti.

⁷⁸ Si comprende questa affermazione di contemporaneità all'evento se ci si ricorda che Beda sta riproponendo alla lettera il commento che Agostino scrive quasi certamente in anni successivi al 416 – e questa omelia in particolare intorno al 422 – e che il miracoloso ritrovamento del corpo di s. Stefano, unitamente a quelli di Gamaliele, Nicodemo ed altri, avvenne nel 415 (si veda in "Santi e beati" alla voce Stefano)

⁷⁹ Il testo di Beda propone "mortem" invece dell'agostiniano "morem". Il significato rimane in ogni caso evidente: nella sepoltura si rispettino i costumi che caratterizzano ogni cultura. Davvero a proposito della variante bediana non so decidere tra il refuso e la variante deliberata; ma, se anche fosse la sbadataggine di un amanuense, introduce un sentore di naïveté cui non so rinunciare.

⁸⁰ Il precedente ttesto CEI traduce Parasceve con "preparazione" perché il venerdì è il giorno in cui si prepara il necessario per la celebrazione del Sabato, giorno in cui vige il divieto di ogni lavoro. Il vespro è la demarcazione fra i due giorni.